RESPONSVM IVRIS PETRI LODOICI MARTINEZ I.V.D. ACVTISS. ET ERVDITISS.

Iustitiam (cuius fruendæ causa leges, & Principes constituti sunt, & sine qua nihil potest esse laudabile) quam fouet super Baronia de Quinto, & Xelsa admodum Illustris Don Garsia de Funes & de Villalpando exponens, ostendens, & velut digito non solũ demõstrans, sed variis, & vrgentissimis rationibus confirmans & confirmatam in lucẽ emittens in quinq. partes clarioris explicationis gratia distributũ. Quid vero illæ contineant, aut quæ materiæ perdifficiles, sed omnibus iuris studiosis, & forum agentibus vtilissimæ dilucidè & acuratè in eis explicentur: pagin. 7. 8. 9. & 10. breuissimè indicabunt, in quibus integrum responsum in Isagogen, seu breuem summam contractum perlegetur.



CVM LICENTIA.

Cæsaraugustæ, apud Laurentium Robles Regni Aragonum & Vniuersitatis Typographum

M.D.XCVI.

RESPONSVM

IVRIS PETRI [illegible]

[illegible]

LVDOVICVS DE Casanate I. D. ad Lectorem.

MIRABERIS Forsan (Lector candide) legens responsum hoc doctissimi Petri Lodoici Martinez pro nobili D. D. Garsia de Funes & de Villalpando tanta eruditione, & varietate refertum, tanta doctrina, & sententiarum grauitate ornatum, tot subtilitatibus illustratum, tantaq. iurium, Doctorum, & rationum copia perpolitum. Quæ quamuis in eo sese tuis oculis offerant, tamen quasi naturæ monstra miranda iudicabis. Sed si quid in eo mirandum est, magis, & magis miraberis, quonam modo potuerit illud perficere vir hic doctissimus continua febre laborans, vigilias perpetuas noctu diuq. ex nimia capitis siccitate patiens, lecto semper febriscitans iacens, à libris, & studio propter aduersam valetudinem quasi relegatus, & à negotijs forensibus, iam sunt quatuor anni, penitus abdicatus. Quæ quamuis tantæ rei expectationem præscindere videbantur: nullum tamen impedimentum præstiterunt, quominus in hoc responso mirandæ authoris dotes animi fulgentes eluceant, & virium externarum tam aduersa, & continua valetudine causatum defectum suppleant: vt quò magis animus corpori præstat, eò magis in admirationem rapi possis, dum solius animi filium sine corporis adiumento genitum inspexeris. Cuius rei certius cæteris testimo-

nium dare possum. Nam cùm primùm ad hanc vrbem veni patroni munere functurus, cùm eius eximias animi dotes, admirabilem dicendi facilitatem, & facundiam, subtilitatumq; in eo fontem vberrimum absens per famam cognouissem, & præsens iam expertus essem ei me totum dedi: incendebat enim me quotidie magis ad ius ciuile, in quo totus esse curabam, tanti viri virtutis admiratio, cuius nomen indies magis percrebescebat. Tradidi me itaq. in eius disciplinam summè desiderans, vt meam vitam in eius mores formarem, in quibus tanquam in speculo intuens præclarißimam mihi, & studiorum, & vitæ normam, atq. rationem præscriberem. Ipse verò me dilectißimi filij loco exceptum dignum, (licet immerito, quòd ingenue propriæ tenuitatis conscius fateor) iudicauit, cui reconditos illos omnium purißimos suæ doctrinæ fontes aperiret. Quo factum est, vt consilium hoc ab eo semimortuo in lecto quasi sepulto dictatum, non tamen visum, nec correctum, mihi tradiderit: vt illud quam pluribus scriptoris mendis, & defectibus purgarem. Quod quamuis qua potui diligentia perficere curaui: quia tamen in hoc solo authoris, & authoritas, & diligentia morbo impediente defecit, aderunt adhuc plures deffectus, & mihi, & Calcographo imputandi: cum tamen authoris nullus inueniri queat quod lubens, & sciens profiteor, & quasi per stipulationem promitto, maxime in his quæ ad elucidandum summum ius quod in hac causa D. D. Garsiæ de Funes & de Villalpando fouet expedire possunt, in quo quantum ipse his lucubrationibus præstiterit Iudices huius causæ æquißimi, & laudabunt, & iudicando sequentur, cum causam claram, & apertam reddiderit, summo iure & æquitate nitentem manifesto ostenderit, & a difficultatibus, seu potius cabillis, quibus aduersarij eam obnubilare curant, immunem, expugnatamq. clariorem, & securiorem. Dominis iudicibus patefecerit, & ostentarit. Accipe igitur hoc consilium (lector amicè) illudq. cum alijs omnibus in hac causa editis diligenter compara, vt videas, si cum iudicio consideres, quantum alijs, ornatu grauitate, doctrina, subtilitatibus, erudi-

eruditione, varietate, & quod plus est veritate præstet: & cum semel legeris, sepius perlege quasi summæ eruditionis signum locupletissimum. Et quamuis maiora expectari posse non videantur, maiora tamen quotidie expectare potes: si diuinum numen tantum virum pristinæ sanitati (quod suplex postulo) restituere dignetur. Nam si in arido ligno hæc fiunt, in viridi quid fiet. Et vale.

D. Ludouicus de Casanate.

ILLVSTRI ADMODVM, ET NOBILISSIMO VIRO D. DON GARSIÆ DE FVNES ET DE VILLALPANDO BARONI de Quinto, & Xelsa, & Domino de Estopañan.

PETRVS LODOICVS MARtinez Iurisconsultus. S.

CVM me variæ, eæq. graues infirmitates quatuor annis oppresserint: suasione medicorum à forensibus causis, publicisq. negotiis prorsus abhorrere, salutiq. tãtũ deinceps consulere satius, & tutius esse decreuerã. Cũ ecce subito lis tua, causaq. disceptatio orta est. Cæpi illico mecũ cogitare: an ab incepto desisterem, ac primum in causa tua defensione mutare consilium, quam in suscepta, propositaq sententia permanere. Quippe singularis meus erga te, & nobilissimã Domnam Vincentiam de Ariño coniugem tuam amor vna ex parte, præsertim oblata tanti ponderis ocasione, tibi deesse minimè patiebatur: salus autem mea altera ex parte, cui vires deficiebant, si ei non prospicerem, laboremq. respuerem, euidens vitæ periculum minabatur. Tanta perplexitate diu multumq. detentus iam tandem vicit omnes difficultates amor, pericula superauit amicitia, & causa tua salutem meæ propriæ saluti libenter anteposui. Cum tamen tenues meæ vires onus sibi grauissimum sustinere non possent: quæsiui qui aliquo modo eas reficeret. Siquidẽ vnus mihi iuris materias legebat, alter scribebat, ego tantũ audiebam, & quæ ad rem faciebant in his iuris allegationibus satis superq. labo

 riose

riosè disposui, summā totius causæ dexteritate quā potui complexus sum. Quid de iure procedat, quidue sentiendum sit (nisi mea me fallit opinio) dilucide satis indicaui: quid iudices occulatißimi & peritißimi sentient nescio, quid meo iuditio iudicare deberent, arbitror me fideliter explicasse. Crede mihi nobilißime vir me huiusmodi responso, si quid est in me ingenij (quod sentio quam sit exiguum) si qua iuris notitia, in qua me non inficior mediocriter esse versatum, si qua rerum forensium experientia, quibus me totum annis pluribus consecraui, id omne laboriosißimè (plusquam salus mea tulit) in causa tua vtilitatem contulisse. Illud igitur tibi offero, non quasi munus alienum, sed tanquam rerum tuarum peculiare donum: quod quamuis rei alienæ fuisset, cui tamen iustiori de causa offerre opporteret, quam viro tanta nobilitate insigni, quanta maiorum suorum nobilitatis stemmata, quibus paßim referta sunt vetera Aragonum monumenta testantur. Et tu is sis qui semper studueris, ne plus splendoris à maioribus tuis hæreditario iure accepisse, quam posteris magna cum laude reliquisse videreris. Et nimirum cum plures habeas in tam illustri familia tibi coniunctos, quos magna cum nominis tui gloria imiteris. Inter quos (quod omnes recensere breues epistolæ fines minime paterentur) vnus sit instar omnium vera totius nobilitatis effigies matris tuæ frater don Georgius ab Heredia. Omitto admodum Illustrem socrum tuum don Ioannem Franciscum de Ariño dominum Baroniarum de Oßera, & de Figueruelas (quibus nobilißima coniux tua fruitur, & potitur) rerum publicarum, & priuatarum prudentißimum moderatorem, per gloriam etiam hodie viuentem, cuius nolo singula ornamenta recensere, ne cum & multa, & maxima à me dicta eße existimem, & plurima tamen, & maiora præterita eße videantur: Accipe igitur (vir nobilitate insignis) munus hoc nostrum illudq. Ludouici de Casanate. I. D. opera & industria numeris & indice illustratum, & perpolitum in lucem emitte, cui ego illud credidi, vidi enim eum magnæ spei adolescentem, ad excogitandum, & inueniendum acutum, ad explicandum ornandumq; vberem, ad memoriam firmum, atq; diuturnum: quem propter eius ingenij lumina

mina, & ornamenta omnium ſtudiorum meorum iam ſunt ſeptem anni conſortem feci, & vnicè tanquam filium dilexi, præſertim in his infirmitatibus grauißimis & longißimis quibus præmor, in quibus eius familiaris conſuetudo, animi languorem leniebat, & ad aliquid vtile agendum ſæpenumero mentem reuocabat. Si igitur reſponſum hoc vt aptamus aliquid tibi vtilitatis attulerit, dici non poteſt, quanta delectatione perfruemur, vt qui non hæc inani gloria ducti ſcripſimus, ſed vt cauſam tuam noſtra induſtria, & labore iuuaremus.

RESPONSUM IURIS.

PETRI LODOICI MARTINEZ I. V. D. IUSTITIAM

titiam (cuius fruendæ causa leges, & Principes constituti sunt, & sine qua nihil potest esse laudabile) quàm fouet super Baronia de Quinto, & Xelsa admodum Illustris Don Garsia de Funes & de Villalpando exponens, ostendens, & velut digito non solum demonstrans, sed variis, & vrgentissimis rationibus confirmans & confirmatam in lucem emittens in quinq. partes clarioris explicationis gratia distributum.

IN PRIMA Parte declarãtur conditiones grauaminis iniũcti de primo instituto, Contesina nempe de Funes, ad filios, & descendentes Catherinæ, & Violantis de Funes primos substitutos per Ramirum de Funes testatorem defecisse, omnesquè substitutiones, & integram vinculi structuram prima substitutione deficiẽte periisse ex l. si mater. §. 1. de vulgar. & multis quæ ad eius expositionem, & hu-

& huius fundamenti confirmationem refferuntur.

IN SECVNDA verò parte expenduntur fideicommissa ascripta, & iniuncta primis, & secundis substitutis filiis nempe Catherinæ, & Violantis de Funes erga Ramirum, Franciscum, Ioannem, & Ludouicum Muñoz eorumquè filios & descendentes: ostenditurquè non solum caduca penitus extitisse, sed & pro non scripta precisse esse iudicanda. Cum fideicommissa de primis substitutis ad cæteros gradus substitutionum sequentes iniuncta fuerint sub cõditione natiuitatis, & mortis filiorum Catherinæ, & violantis, qui cum nunquam nati fuerunt, mori minime potuerunt. Quamobrem conditione deficiente demonstratur, bona libera penes Cõtesinam hæredem institutam mansisse. Et quamuis articulus iste nõ sit nouus sed Centumuirali iuditio Romæ priscis illis, & vere aureis seculis decisus extiterit inter eloquentissimum Crassum, & prudentissimum Sceuolam, & hodie cõtrouersim⁹ sit inter interpretes. Verumtamen dilucidè, verè, & vrgenter ostenditur ex receptiori interpretum sententia cùm Oldrado consilio 177. substitutionem conceptam sub conditione natiuitatis, & mortis filiorum dictæ Catherinæ, & Violantis illis non natis non solum fuisse peremptam (præsertim in Regno propter statutum præcipiens cartæ standum esse) sed cæteros substitutionum gradus periisse. In quo articulo in hac parte secunda inuenta ab interpretibus clariori stilo perleget lector, & alia prçter interpretes in difficili materia caducitatum inuenta, & in confirmationem Consilij Oldradi animaduersa conspiciet, & intuebitur.

IN TERTIA verò parte ostenditur Ramirum, Franciscum, & Ioannem Muñoz grauatos fuisse sub conditione si sine filiis decessissent in fauorem Ludouici illorum fratris, & illius descendentium, è quorum numero illustris admodũ don Christophorus Muñoz aduersarius est, defecisseque conditionem, & substitutiones expirasse, quia Franciscus cum filio masculo Michaele Sanchez decessit ex receptissimo consilio Oldradi 21. cuius sententia difusè, & eleganter explicatur, exponiturquè in Regno propter statutum præcipiens, cartæ standum esse, esse indifficile mĩnimequè subiacere limitationibus ex variis coniecturis ab interpretibus deductis, quarum magna pars in terminis etiam iuris communis confutatur, præsertim extantibus verbis restrictiuis in vinculis conscriptis, sicut in proposito extare perspicuum est. Et in eadem tertia parte breuiter animaduertitur deficiente ratione â consilio Oldradi

dradi

dradi receptissimo deducta, veluti quia grauamen non esset iniunctum sub conditione, si præfati tres fratres sine filiis masculis decessissent, sed in defectum descendentiæ illorum, substitutiones similiter expirasse ea potissimum ratione: quod hodie extent descendentes (licet fæminæ) prædicti Francisci Muñoz facientes deficere conditionem, & sic vocationem Ludouici, & descendentium suorum, è quorum numero aduersarius est. Quoniam masculinitatis qualitas ascripta in filiis masculis dictorum trium fratrum in conditione positorum non reperitur scripta in descendentibus dictorum filiorum, & non potest censeri repetita obstante præfato statuto, & foro præcipiente cartæ standum esse.

IN QVARTA verò parte breuissimè diluitur difficultas quę ex vltima substitutione facta de proximiore cognato poterat suboriri ad constituendam substitutionem reciprocam inter omnes descendentes dictorum quatuor fratrum, & octo rationibus demonstratur, substitutionem hanc vltimam de proximiore cognato nequaquam reciprocam inter præfatos descendentes induxisse.

IN QVINTA tandem exponitur pactum de retrouendendo, & gratia facta à Serenissimo Rege Ioanne in fauorem Ioannis de Villalpando, & Contesinæ de Funes: quæ in tres articulos distribuitur, in quorum primo natura, vis & essentia pacti de retrouendendo dilucidè exponitur, & singularia priuilegia illi in Regno contra ius commune attributa.

IN SECVNDO declaratur in vim prædicti pacti de retrouendendo non solum præfatam Contesinam, verum duos ex illius successoribus prefatam Baroniam redemisse, & vincula omnia, si aliqua subsisterent virtute redemptionis omnino extinxisse. Et contrariæ rationes vrgentissime diluuntur, quibus contenditur nullam redemptionem validè in vim pacti prædicti factam fuisse neque fieri potuisse, simulq. referuntur tres exceptiones peremptoriæ & litis finitæ, impedientes litis institutionem, & eliminantes à iuditij foribus aduersarium.

IN VLTIMO vero articulo dilucidè ostenditur, & viginti & vna vrgentissimis rationibus confirmatur Serenissimum Regem Ioannem non extinxisse per præfatam gratiā ius redimen-

dimendi, seu pactum de retrouendendo (vt aduersarij contendunt) sed illud in Ioannem de Villalpando, & præfatam Contesinam eius vxorem, & illius successores cessisse, & transtulisse contrariis rationibus subductis, submotis, & clarissimè dissolutis.

SVMMARIVM EORVM QVAE IN PRIMA PARTE RESPONSI CONTINENTVR.

1 RATIONES quibus don Christophorus se in vinculis Remiri vocari existimat breuiter recensentur.

2 Fideicōmissum cum difficultate euertitur in longa substitutionum structura.

3 A tempore constitutionis maioratus Remiri centum & quadraginta anni cucurrerunt, in quibus nullus ex vocatis in vinculis possedit Baroniam de Quinto, sed ea tāquam libera in familia de los Funes continuo perseuerauit.

4 Tempus pro veritate est, omnia reuelat, videt, audit, & in lucem effert: & de temporis vi, & eius authoritate pulchra remissiue recensentur exprobatis authoritatibus. n. 5.

5 Radice cessa rami omnes, ac folia, & frondes mouentur, & agitantur.

6 Obseruantia diuturna libertatis efficit, vt bona libera praesumantur.

7 Ioannes Ortigas eruditissimus Auditor Regius laudatur.

8 Philippi II. Hispaniarum Regis laudes eximiae remissiue recensentur.

9 Aragonum regni principia, progressus, regimen, & laudes remissiuè recensentur.

10 Substitutionum ingressus, progressus & egressus semper attendendus.

11 Principio, medio & fini, omnia quae sub caelo sunt circunscribuntur.

12 Fini actuum humanorum non minor fauor, quam principio & medio debetur.

13 Generalia ornatus causa à consulentibus adduci solent.

14 Causa haec potius ex nobilitate partium, & qualitate bonorum difficilis, quam ex rationibus contrariis.

15 Rationū contrariarum aequalitas solet causas difficiles reddere.

16 Laudat Raudensis Cardinalem Paleotum in diuino tractatu de consultationibus sacri Consistorii eum ad viginti septem conclusiones reducendo.

17 Fideicommissum in quo aliquando faeminae vocantur, non censetur fieri causa conseruandae agnationis.

18 Fideicommissum gratia agnationis non factum odiosum est non fauorabile.

19 Don Garcia de Funes & eius aduersarius ex eodem stipite per faeminam descendunt, ideo maiore fauore quam actor dignus est Don Garsia reus conuentus.

20 Conditio si sine filiis decesserit Contesina verificari debet vt fideicommisso locus sit.

21 Conditio si matrimonium contraxerit Catherina verificari debet vt fideicommisso locus sit.

22 Conditio affirmatiua si filios habuerit. Catherina verificari debet, vt fideicommisso locus sit.

23 Alternatiua in coniunctam resolui tur ex voluntate disponentis.

24 Sub triplici conditione fuit fideicommissum iniunctum Contesinae quorum duae defecerunt.

25 Conditione deficiente vel non impleta essentiam non habet substitutio.

26 Conditiones plures siue negatiue siue affirmatiue apponantur omnes verificari debent, alioqui substitutus excluditur.

27 Martinus Monter doctissimus Regius consiliarius laudatur.

28 Don Franciscus de Mendoça, & Fœlicianus de Solis laudantur.

29 Conditiones etiam negatiuas impletas esse dicenti probatio incumbit.

30 Conditione deficiente dispositio nedum deficit, sed habetur penitus pro non facta & scripta.

31 Non dare aut dare sub conditione defecta paria sunt ex rigore literae.

32 Fideicommissum sub conditione datum sub contraria conditione censetur ademptum.

33 Ex scripto, & mente defecit fideicommissum iniunctum Contesinae.

34 Etiam si fideicommissum non esset iniunctum sub conditione absolute periit ex natura verborum restrictiuorum, quae illi ascripta sunt.

35 Restrictio inducitur & extẽsio etiã ex coniecturis prohibetur per verba in tali tempore.

36 Tempus determinato modo probatũ alterius temporis functionem non recipit.

37 Restrictiua verba in tali casu, substitutionem restringunt ad casum nominatim & indiuidue expressum.

38 Geminatio verborum restrictiuorũ multo magis extensionem prohibet.

39 Restrictiua verba omnem extensionem impediunt, etiam in materia fauorabili, & ex identitate rationis, & ex mente verisimili.

40 Statutum praecipiens cartae standũ esse omnem extensionem subducit etiam ad casum similem, & eandẽ rationem habentem.

41 Statutum praecipiens cartae standũ esse, Gallin. & Carpan. late explicant.

42 Forus praecipiens cartae standũ tollit extensionem de tempore ad tempus & fortius de persona ad personam.

43 Carta dicitur quae legi potest oculo corporeo nõ quae oculo intellectuali.

44 Interpretatio ex coniecturis & mẽte non admittitur in hoc Regno, quia non legitur in carta.

45 Cartae vbi standum est, sola gramaticalis interpretatio & sonus simplex verborum nullo interprete egẽs admittitur.

46 Conditione primi gradus deficiente omnes gradus subsequẽtes corruũt & pereunt, & ita integra huius vinculi structura periit.

47 Excluso magis dilecto, minus dilectus exclusus censetur.

48 Conditione primae substitutionis deficiente, impossibile est sequentes dependentiam vim & consistentiã habere.

49 Sublato principio, seu prima substitutione dissoluta, caeterae connexae & catenatae dissipantur.

50 Maxime quando substitutionum cõtextura est vnica, vna forma, connexitas, & dependentia.

51 Anchárra-

82 *Caducato medio gradu substitutionis caducatur conditio illi adiecta, vt non obstet sequenti in gradu.*
83 *Caducato medio substitutionis gradu sequens substitutus admittitur ne bona contra voluntatem defuncti maneant penes institutum, cuius grauamen purificatum est.*
84 *Caducato medio substitutionis gradu caducantur sequentes, vbi deficiat conditio adiecta de instituto grauato ad primum substitutum.*
85 *Ratio est ne contra voluntatem defuncti primus institutus maneat orbatus hæreditate.*
86 *Deficientibus conditionibus adiectis de Contesina prima instituta ad Catherinam primam substitutam omnes substitutiones fuerunt effectæ caducæ.*
87 *Referuntur multi interpretes hanc sententiam communem facientes.*
88 *Conclusio ex superioribus desumpta in persona Contesinæ bona libera mansisse, & propter defectum cōditionum, & propter verba restrictiua.*
89 *Pro non scripto habito medio gradu substitutionis, quia substitutis nūquam fuerit in rerum natura, sequentes substitutiones pro non scriptis habentur.*
90 *Gradus caducus, vel quasi caducus à principio fuit validus, saltim habitu & potentia.*
91 *Substitutio pro non scripta, nequè actu, nequè habitu & potētia a principio subsistit.*

PRIMA PARS.

1 NON deerunt † Iurisconsulti, & magni fortasse nominis, qui arbitrentur, dō Christophorum Muñoz descendentem Don Francisci Sanchez Muñoz, & domnæ Elisabetis de Funus esse vocatum in vinculis, & substitutionibus testamenti Don Ramiri, casumquè & tempus suæ vocationis euenisse, conditionesquè omnes illius fuisse purificatas, existimantes conditionem grauaminis iniuncti de primo instituto ad primum substitutum extitisse, decedente scilicet Contesina sine filiis, & propterea caducationes substitutionnm in mediis gradibus descripturarum nequaquam Don Christophoro obstitisse, imo potius, vel ex vulgari, vel ex fideicommissaria, comprehensis in prędictis substitutionibus compendiosis, illi viam succedendi aperuisse.

ET clarius forsan putabunt, vocationi Ludouici, & descendentium suorum (è quorum linea aduersarius est) non obsistere conditionem illi adiectam, si nempe Ramirus, Franciscus & Ioannes Muñoz eius fratres decessissent sine filijs, quamuis Franciscus cum filio Michaele Sanchez decesserit (iuxta receptissimum Oldradi consilium 21.) Quoniam præter multa, quæ ad eius euersionem cōsiderari quæunt † in tā longa structura substitutionum (quæ cum difficultate euersionis fideicommissi interpre 2

tatio-

tationem admittit teste Raudense de analog. cap. 15. nu. 306.) dicent ex litera expresſiſſime defectum filiorum non hærere morti dictorum Remigij, Franciſci, & Ioannis tantum, ſed & morti filiorum dictorum trium fratruum. Quem caſum, quia Michael ſine filiis maſculis deceſsit, extitiſſe aduerſarij exiſtimabunt, & tandem aſſeuerabunt ex fine ſubſtitutionum, in quo proximior cognatus vocatus eſt deficientibus omnibus ſubſtitutionibus ſubſtiotis, & eorũ deſcendentibus maſculis, reciprocam fuiſſe inter omnes ſubſtitutos, & eorum deſcendentes (ê quibus eſt don Chriſtophorus aduerſarius) conſtitutam.

VERVNTAMEN Cogitanti mihi, & altius animo repetenti à tempore † confectionis harum
3 ſubſtitutionum, vſquè ad hodierna tempora centum & quadraginta annos, & plus cucurriſſe, in quibus ſine vlla interruptione continua bona iſta, & caſtra pretioſa (de quibus eſt controuerſia) tanquam libera, & nullis fideicommiſſi oneribus ſuppoſita, fuerunt pacificè, & liberè poſſeſſa per dõ Garſiam de Funes & Villalpando, illiuſq; prædeceſſores habentes cauſam à Ioãne de Villalpãdo, & Conteſina de Funes, neminemquè ex vocatis in vinculis illis illa poſſediſſe: imo vero pluresex eis illa libera, & allodialia dictitaſſe, iudiceſq; Regios anno 1499. per ſententiam ita pręſenſiſſe: difficilè imo impoſſibile exiſtimaui Clientem meum iuſtitiam non fouere. Eſt enim veritas temporis filia. quod licet ea aliquando lateat, proceſſu tamen illius ex latebris, atquê tenebris tandem erumpat.

QVAMOBREM leges, legumq; conſulti, qui hoc probê nouerunt, ea quidem talia præſumi, atquè exiſtimari ſanxerunt, qualia in eodem ſtatu diutius, cõſtanterq. perſtiterunt. Quoniam † tempus 4
pro veritate eſt, teſte Bald. conſil. 433. omnia reuelat, & vt ſcribit Tertulianus in apolog. c. 3. nihil rerum omnium longius progredi patitur. incognitum, atque ocultum, cùm teſte Sophocle poetarum prudentiſsimo cuncta videat, & audiat, & omnia detegat, & in lucem efferat. Quare longinquitas temporis veriſſima, & vberrima probatio eſt pro libertate bonorũ aduerſus contendentes eſſe ſuppoſita fideicommiſſo.

ET contrarium tentare, nihil aliud eſt, quam tot prælatorum, ſacrorum domorum, militarium ordinum, nec non magnatum, procerum, ac illuſtrium, & nobilium Regni quietem pulſare, quos à Regibus virtute, vel pretio habiti tituli veri, vel ex tempore præſumpti, & ante tritauos immemorabili ac longiſſima ſeculorum ſerie continuata poſſeſſio, & omnium viuẽtium benigniſſima, & vniformis

approbatio securos extra alicuius controuersiæ periculum reddebát. Et timendum est (quia est opus naturæ) ne cum arboris (idest securitatis maximæ à tempore fluentis)
5 radix, † vel stipes ceditur, & quatitur, rami omnes, ac fródes, & minuscula folia moueantur, & agitentur, & deniq; sine securitate omnia possideantur.

CONFERVNT elegantissim., quæ de temporis vi refert Tiraqa de præscrip. §.1. glo. 4. verbo. dix aux. vers. 25. pag. 49. & versic. postremo. pag. 72. & Petrus Greg. in syntag. iuris. lib. 30. c. 7. & lib. 39. c. 6. & li. 48. c. 8. (quem excellétissimum I.C. & sibi amicissimum dicit Alex. Rauden. consi. 161. n. 27.) & Matienço in dialogo relatorum ex Gelio & Seneca. lib. 3. c. 39. n. 8. aliquid Lelius Zancus in tract. inter milit. sacrum & seculaté. libr. 3. c. 1. n. 7. pulchrè Machrobius. lib. 1. saturna. c. 8. de téplo Saturni, & de his quæ in eius æde, & imagine inuisuntur agens: & egregie Forcatulus in principio Necyomantiæ, siue de occulta iuris prudétia, quá témpori, & immortalitati cósecrauit.

ENIMVERO interpretes ex
6 temporis cursu, & obseruátia † diuturna (tanta est eius vis, & authoritas) cum iuditio profitentur ea bona libera iudicanda esse fideicommisso perempto, quæ longa seculorum seriè táquam libera in aliquorum familia perstiterút, Xuarez in l. quoniam in prioribus. amplia. 10. n. 9. post Soc. Iun. consi. 65. nu. 54. vol. 1. Tiber. Deci. consi. 31. nu. 150. vol. 1. Mol. de Primog. Hisp. lib. 4. c. 10. & lib. 2. c. 6. n. 57. quem & † có 7
plures alios refert eruditissimus Auditor Regius Ioánes Ortigas, in Patrocinio pro Vniuersitate Cęsaraugustæ. 3. p. n. 33. & 34. & ego ipse in respós. pro Reg. Aragonú. n. 748.

IN huius vero responsi prima parte Philippi II. † Hispaniarú Re 8
gis Catholici, & inuictissimi, nobilissimá stirpé, eiusq; originé à Carolo Magno, primo Fràcorum Imperatore ostendi defluxisse sequutus. Ioan. Gar. de expens. c. 12. eius verò Imperij amplitudiné & maiestatem cómemorans, exposui, tátá esse eius latitudiné & extésioné, vt principiú repetens ab ortu solis in ipso ferè ocasu finiatur, adeo, vt peritissimi quiq. cosmographi affirment, totú terrarú orbé vniuerso sui ambitu sex millia lapidú spatia cóprehendere, Prouincias auté Regi nostro subditas, si secúdú horas maritimas easmetiamur, septé millia lapidú spatia cótinere. Singulares etiá animi dotes, quę perfectissimú Pincipem efformant & illustrant in eo simul excellere qua potui luce exploraui.

DE quibus rebus singulis cósulédi sút Ioá. Redin. de magef. Principis. verb. Imperatoriá. nu. 3. Nauar. de redit. moni. 38. Baeça de decimis tutorú. c. 9. nu. 1. Lancellot. Córad. in templ. iud. lib. 1. c. 2. §. 3. num. 14. Raud. in resp. 2. de succes. Regni Portug. n. 114. Cald. in l. si curatoré. verb. per quod pristinú. n. 5.

OSTEN-

9 OSTENDI Præterea á primis†ortum temporibus Regni nostri originem summamq. antiquitatem & dignitaté, & ex triplici reipublicarũ genere gubernandi Aragoniæ præstantissimum extitisse, quod ex omnibus velut apes inter flores selectiora contineret, vt quá tumuis monarchiæ speciem retineret ne in tyrannidé dilabaretur moderatis legibus eius rigoré suauiter temperauit: ita vt per longa tempora Aragonij nostri summá consequuti pacem & tranquillitatem conquiescerent, quod neque Lacedemones, neque Atheniéses, neque Arabes, neque Romani, neque Longobardi, cæteraq. reipub. genera, (vt ibi abunde demóstratum est) consequi tanta felicitate potuerunt.

V T Vero iudicium pro libertate bonorum, & euersione fideicómissi cordatissime interponam: prudenter me facturum putò, si cósiderem, & cótempler sedatissimo
10 animo ingressum, † progressum & egressum, siue resolutionem harũ substitutionum, aut si malis principium, medium & finem earum ex consilio Iosephi de Rustic. in tract. quan. libe. in cond. positi. lib. 4. c. 3. num. 33.

11 H I S Enim tribus † terminis circumscribuntur omnia, quæ sub cęlo sunt. Eccles. c. 3. ibi omnia tépus habent, quo fiant, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cælo, & sic hominũ dispositioné: ideo in cótractibus (loco relato nó expenso) hos tres terminos prudéter considerauit Felicianus de solis in tractatu de césibus in prefatione lib. 2. proponédo ex sentétia Philosophi explicationé creationis, progressus, & resolutionis census quá methodum in vltimis volũtatibus (in quibus versamur) obseruauit Mench. agendo de sucess. creat. progressu, & resolutione, & ante eos Bald. in l. 1. de emancip. liber. num. 9. Mol. de primog. lib. 2. c. 6. num. 63. & elegantissimè nó expensus ab eis. Quintil. lib. 5. orator. instit. c. 5. pag. mihi. 230. dicens, vt sunt auté tria tépora, ita ordo rerũ tribus momé tis cósertus est, habét enim omnia initiũ incrementũ & summá, & ad aliud propositũ. Parladorus rerum quot. lib. 1. c. 9. num. 5.

N E Q V E Minor fauor † im pendédus est fini, quam principio & medio, cũ omnes isti tres termini creaturæ sint potestatis, & volũtis eius, qui dispositionem fecit, & partes, quibus ipsa dispositio continetur. Bal. cons. 415. vol. 2. quam vniformiter iurisconsulti & leges fouent. 12

E G O Vero omissis generalibus, quę ornatus causa adduci so lent exéplo Aret. cons. 6. & Rolan. cons. 1. nu. 2. vol. 1. præsertim, quia grauissima infirmitate premor selectiora huius causæ pũcta resoluá, iuxta Molinei placitũ in cósuetud. §. 13. glo. 5. n. 30. & §. 55. glo. 1. n. 17. & tres terminos superiores ingressum, scilicet, progressum, & egressum, siue finem, aut resolutionem substi- 13

ſubſtitutionum percurrá(ſicut pru dentes aſſerere oportet,iuxta conſilium Ioſephi de Ruſt.ſup.) oſtendamq;
14 † cauſam hanc magis ex no bilitate partium,& qualitate bono rum difficilem eſſe, iuxta Paul.de Caſtr.conſil.164.vol.2.Dec. 252. Menoch.lib.2.præſumpt.82. nu.8. Mandoſ. de commiſſ. commiſſ.7.
15 quam ex † æquabilitate rationum contrariarum,quæ verè ſolent cau ſas difficiles reddere, vt ex ſancto Yſidoro deducit Ripa. in l.admonendi.num. 87. de iureiuran. Menoch.de arbitrariis, caſu 89.n.10.
16 eruditiſsimus † Alexa. Raudéſ. in indice ſuorum conſ.verbo officialis,concl.13.vbi ex diuino tractatu Cardinal.Paleoti(ita enim eũ merito inſcribit) de conſultation. 27. concluſiones deſumpſit vtiliſsimè tractatum in Iſagogen quandá reducendo.Noſtræ enim ſuperiores ſunt,& contrarias vincunt,& cauſam hanc indificilem reddunt.

VERVM Enimuero antequam ſtructuræ ſubſtitutionum explicationem aggrediar: oportunũ exiſtimaui,animaduertere,integrũ hoc fideicommiſſum tot tantiſq. gradibus ſubſtitutionum communitum, & á Ramiro contextum in fœmina Conteſina eius ſorore initium ſumpſiſſe,& ad illius,& ſororum deſcendentes fuiſſe propagatũ. Cumq; per fœminas familiarũ dignitas non ſolũ non cõſeruetur, ſed extinguatur: veriſsimè cõmunis interpretũ cenſura reſoluit,hoc
† fideicõmiſſum minimè dici poſſe gratia conſeruandæ agnationis, 17
ſed cõtemplatione maſculinitatis factũ extitiſſe.Soc.poſt alios in l. Gallus.§.nunc de lege.de liber. & poſth.quẽ refert & ſequitur Mant. lib.8.tit.11.num.7.Auend.in l.40. Taur.gloſ.7.num. 74. in l.3. C.de bon.matern. nu.19. Tiraq. latè de primog.q. 12. & 13. Magon.deciſ. lucenſ.7.nu.26.Menoc. conſ. 17?. Couarr. in c. Rainald. in princip. nu.fin.Hieron.Gabr.conſ.116.n.3. vol.2.latè Molin.de primog. lib.3. c.5. ſed pulchrius cæteris Molin. in conſuetud.§.16.à princip.

EX Qua communi reſolutione altera communis, & receptiſsima cum iudicio infert, fideicommiſſum † gratia cõſeruandæ agna 18
tionis minimè factum odioſum,& nõ fauorabile exiſtimari,interpretationeſq. omnes pro libertate bonorum,& pro extinctione fideicõmiſsi faciendas eſſe.Tiraq. de primog.q.4.Couarr.lib.3.reſolut.c.5. don Anton. de Padilla in rubrica de fideicommiſ. num. 4. Pinel.in l.1.de bon.matern.3.part.num.99. Marzar.de fideicommiſſ. 2.p.q.1. Burg.de Paz.q.ciuili.2. numer.71. Molin.lib.3.de primog. c. 1. nu.8. & c.5.nu.28.& latè.c.18.Mantica. lib.7.tit.1.num.44.vbi ſunt cõcordantes.Craſſus de ſucceſsionibus. §.fideicommiſſum.q.2.& poſt Cephalum Menochium, Nattam, & alios Burſatus conſ.226. num.38. & conſ.228.num.74.

QVÆ

19 QVÆ opiniones communes, & receptæ si vnquam in casu aliquo admittendæ ab æquissimis iudicibus sunt, maximè in proposito nostro, vbi nulla ratio excogitari potest, quare maior fauor impendendus sit Don Christophoro Muñoz aduersario contēdenti subesse fideicommissum, quàm D. Garciæ de Villalpando clienti meo cōtendenti bona esse libera. Cum vterq; ex Vicecancellario Ioāne de Funes, & Elisabella de Funes vxore Don Francisci Sanchez Muñoz, & filia dicti Vicecancellarij, & sorore Ramiri vinculum constituentis, & ex Ludouico Sanchez domino de Ayodar, & filio dictæ Elisabellæ, & nepote dicti Vicecancellarij descendant, perindeque in vno, ac in alio ex eodem stipite descendentibus per delationem nominis, & armorum cōseruetur memoria Don Ramiri, & Vicecancellarij.

DE initio itaque horum substitutionum acturus, animaduerto Contesinā hæredem Ramiri, à qua ius & causam Cliens meus habet, sub triplici conditione fuisse grauatam. Prior est, si ipsa moreretur sine filiis, & filij, & descendentes illius sine filiis masculis obirēt. Hæc
20 enim verba negatiua, † si sine filiis decesserit Contesina, vel si filij, & descendentes eius sine filiis decesserint, conditionem inducunt, quā verificari oportet, vt fideicommisso locus sit l. ex facto. §. si quis autem ad Trebell. l. 1. C. de cond. in sert. est receptissimum cons. Oldradi. 21. quem vnanimi consensu sequuntur omnes, vt inferius copiose deducunt.

SECVNDA vero conditio copulatiuè priori adiuncta, & cum verbis restrictiuis illa fuit, scilicet (& in dicto tempore Catherina soror erit matrimonio collocata) nemo autem † dubitare poterit ea 21
verba (*y en dicho tiempo Caterina sera en matrimonio collocada*) conditionem iniūxisse, eamque fuisse verificandam, vt fideicommisso locus esset l. cum ita legatum de condit. & demonst. l. Titio centum. §. 1. eod. tit. l. 2. C. de instit. capit. de illis de sponsal. Bartolus in l. si quis in testamento. ad medium de cōd. & demons. Fulgos. consil. 40. nu. 1. Socin. in l. obtinuit. ff. de condi. Ias. in l. 1. numer. 4. C. de instit. Aym. cons. 1. numer. 3. & consil. 80. nu. 11. Palac. Rube. in repet. c. per vestras 3. notab. §. 21. n. 1. Couarr. 2. parte c. 3. á princ. Costa in l. cum tale. §. si arbitratu. nu. 10. de cond. & demos. Mantica de coniectur. lib. 11. titulo 18. per totum quæ iura probāt, & DD. citati confirmant verba si nupserit, conditionem importare, & adiecta dispositioni, vt ei locus sit purificari oportere, & hanc conditionem mixtam dicit surdus cons. 69. num. 4.

TERTIA vero conditio prædictis duabus adiuncta, † cū verbis 22

etiam restrictiuis fuit, scilicet (*si ex matrimonio legitimo habuerit Catherina filios masculos in dicto casu, &c.*

22 Hæc autem † *si liberos habuerit, dicto casum Catherina* conditionem etiam induxisse, eamq; fuisse verificandã vt fideicommisso iniuncto Contesinæ locus esset, minus in contentionem deduci potest, sicut enim verba negatiua, si sine filiis decesserit vel si liberos non habuerit conditionem inducunt l. ex facto. §. si quis rogatus. Ad Trebell. & recept. cons. Oldradi 21. ita verba affirmatiua, si liberos habuerit. l. hæredes ibi si binos liberos. ff. ad Trebell. l. si inter. de pact. dotal. Soc. in l. solemus num. 4. de cond. & demonst. Iason. in l. si quis hæredem. C. de institut. n. 10. l. cum vxori. C. quan. dies leg. ced. & eam referens Mantica lib. 11. titulo 6. num. 4. vtraque enim conditio siue affirmatiua siue negatiua sit, habet se ad esse, & potest deficere & impleri quod est de natura intrinseca conditionis l. ex facto. §. vltim. ad Trebell. l. cum ad præsens. l. itaq; si cert. peta. & Aret. vbi Soc. latè Manti. lib. 8. tit. 3. nu. 8. & lib. 11. tit. 5. n. 28. & in terminis de substitutione vtranque conditionem cõtinente, nempe si matrimonium contraxerint, & filios habebunt, quod deficiat, quia neutrum contingit F. Beccius consi. 39. nu. 20. 21. & seq.

DIXI autem hanc vltimam conditionem copulatiuè prioribus adiunctam fuisse, licet alternatiuè
† concepta fuerit, quoniam alternatiua 23
præcisè in coniunctam resoluenda est ex euidenti voluntate Ramiri ad not. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. vbi Bartolus & Socin. de reb. dub. Doctores late in l. hæredes mei. §. cum ita ad Trebell. Mantica. lib. 3. titulo 5. numero 5. nisi enim Catherina matrimonio fuisset copulata, parum profuisset habuisse liberos minusque profuisset fuisse matrimonio collocatam, nisi liberos habuisset, vt fideicommisso iniuncto Contesinæ in eorum fauorem locus esset. Quamobrem cùm vtrumque virificari oporteat, Catherinam scilicet fuisse matrimonio collocatam, & liberos habuisse, consequens est, vt præcisè alternatiua in coniunctam resoluatur, vt prædixi.

DENIQVE cum superioribus † verbis restrictiuis, & sub 24
his tribus conditionibus, præfatus Ramirus fideicommissum indixit Contesinæ hæredi in fauorem filij masculi maioris, & eo sine filiis & descendentibus masculis obeunte in fauorem cæterorum filiorum, & descendentium masculorum dictæ Catherinæ.

ETSI igitur ex his tribus conditionibus prior verificata extiterit, quia Contesina sine filiis decesserit, veruntamen aliæ duæ conditiones defecerunt, quoniam Catherina eo tempore, quo

Contesina sine filiis decessit, matrimonio collocata non fuit, neq; postea vllo vnquam tempore, sicque liberos masculos non habuit eo casu, & tempore, neque alio casu, & tempore: quorum contemplatione, & gratia Contesina grauata fuit. Ergo ex defectu harum duarum conditionum substitutiones euanuerunt, vt in terminis harum duarum conditionum *si matrimonium contrahent & filios habebunt*, ex illarum defectu profitetur doctissimas Beccius cós.39. n. 20.21.22.& seq. ante prificationé enim conditionis quanto magis illa deficiente essentiam non habet substitutio Alex. Raudés.cons. 48. num. 16.

CVM Enim substitutiones, & fideicommissa sub multiplici con-
26 ditione † constituta penitus deficiant omnibus conditionibus non purificatis. l. si hæredi plures. de condit.& demonstrat. & eam pulchrè limitans in copulatiua legis
27 doctissimus Monter. † in l. traditionibus.num. 2. & 3.C.de pactis. D. Franc. de Mendoça. de pactis. lib.2.c.4.num.39. qué merito lau-
28 dat. † Felic.de solis. in procem. de cēsibus.c.1.nume.3.& ego vtriusq; ingenium, & multiplicem eruditionem extollo, & in elegātissimis casibus Alex.late cōfirmans.cōsi.88. in princ.lib.7.Dec.consi.89. Curt. Iun.consi.89.Ruin.consi. 175.n.6. vol.2.Nata.consi.200. Paris. cōsi. 18.num.83.lib.2.notabiliter Ruin. consi.96.num.18.teste Franc. Bec. consil.39.num. 23. Petrus Surdus. consi.187.num. 8.& Magdalenus in tract. de numer. test. in testam. req.c.21.nu. 4. vbi concord. Frác. Viuius.decis.346.num. 2. Peregr. de fideicomm.art.12.num.17.Trétacinq.de substit.1.part.c. 17.n.19. amplians in multiplici conditione per copulam negatiuam scripta, & alij pleriq;. Et cum ex tribus cōditionibus supradictis duę defecerũt indubium est fideicommissum in iunctum Contesinę defecisse, & penes eam bona libera permansisse, vt præter supra relatos aiunt Dec. consi.177.Paslet.118. numer.13.& consi.120.Mant.lib.11.tit.16.nu.5. In negatiuis † cōditionibus loqué- 29
tes & dicentes actoré probare debere, & in terminis Beccius supra d.consi.139.num.20.& seq.

OMNIS Enim substitutio,
† & fideicōmissum, deniq; omnis 30
dispositio facta sub conditione, deficiente conditione non solum deficit, sed habetur penitus pro non facta, & scripta, quia in casu nó verificatæ conditionis non reperitur facta, neque scripta. l. si pecuniam quam.si cert.peta.vbi Decius.n.4. l.necessario. §.quod si pédente. de periculo rei venditæ.l. filius familias. §. cum quis. de legat. 1. l.1. §. sin autem aliquid.C.de caduc. tol. Bertran. consi.18. nu.2.vol.1.Soc. consi.180.colu.6.lib.2.Socin. Iun. cōsi.4. nu.16.&consi.180.nu. 40. vol.2.Cephal.consi.17.nume.6. &

 cons.

conſ.649.n.28.Plot.cõſi. 19.n.26. Roland.conſ.58.n.14.& 59.n.7.in 3.Cagn.in regu.in omnibus. n.28. deciſ. Pedem.50.num.12.Pedroc. conſi.1. num.157.

31 PARIA Enim ſunt † nihil fieri,aut fieri ſub conditione, quæ non purificatur Ripa lib.1. reſponſorum.c.2.nu.23. & omnes nuper relati.Idemq. ex mente diſponen-
32 tis decernendum eſt. Quoniam † qui ſub conditione alicui fideicõmiſſum iniunxit,ſub contraria conditione illud ademiſſe cenſetur, & libera bona reliquiſſe.l. ſi legatum purè de adimẽ.lega.Bar.in l.paterfamilias.q.1.de hæred.inſtit. idem & Paulus in l.quibus diebus.§.qui dam Titio.de conditio.Soc. conſi. 52.num.3.vol.1.& in materia fidei commiſsi, & terminis noſtris Cephal.vtroq. argumẽto vtitur cõſi. 649.num.28.29.30.& 31. Quam-
33 obrem † ex ſcripto,& mente Rami ri fideicommiſſum non ſolum defecit ex conditionum defectu, ſed ademptum fuit, & non ſcriptum, liberaq. bona penes Conteſinã permanſerunt.

QVAMVIS autem ſuperio-
34 ra † verba à me expenſa conditionem non induxiſſent,vt per earum defectũ diſſereremus fideicõmiſſum expiraſſe; nihilominus ſolidè, & verè aſſeuerandum eſt, euanuiſſe,propter eaque fuit iniunctũ Conteſinæ ſine filiis decedenti, *ſi en el dicho tiempo, y en el dicho caſo Catherina fuiſſet nupta, & liberos habuiſſet.* Quod cum non euenerit; quia neque eo tempore, neq; vllo alio ma trimonio fuit copulata Catherina, neque liberos habuit:fideicommiſſum euanuit, quia verba reſtrictiua, quibus fuit conſtitutũ,non permittunt,neque patiuntur ad alium caſum, & tempus, ſubſtitutionem, & vincula protendi.

DE verbis † (*y en dicho tiempo*) 35
quod diſpoſitionem reſtringant ad tempus formaliter expreſſum, extenſionem ad aliud tempus prohibentes etiam ex cõiecturis,eſt text. in l. in ſubſtitutione. De vulgari vbi omnes Dec. conſ.37. vol. 2. & 89.num. 3. Pariſ. 92.num.10. in 2. Veroi,conſ.99.nu. 9. in 2. Cepha. conſ.269.num.29.in 2. Rim. Iun. 80. num. 18. in 1. Meno. conſ.152. num.41. Honded.conſ.8.num.39.
tempus † enim determinato modo 36
prolatum alterius tẽporis functionem non recipit.l. ſi vſufructus mihi in viennium de vſufruct. legat. Soc. 76. numer. 5. in 3. Nata 486. num. 6.

IDEMQVE inferunt & efficiunt poſteriora verba reſtrictiua
ſcilicet † (*y en el dicho caſo*) Quoniã 37
conditionem important, & ſubſtitutionem coarctant ad caſum nominatum,& indiuiduè expreſſum, Bald. conſ. 57. col.2.in 2. Anchar. 356.numer. 3.Alex 59.col.fin.in 3. Rom.131.& 132.vbi Mãdoſ. Aym. conſ.98.nu.6.Rolan.58.num.11.in 3.Borg.

3.Borg.decis.5.num 27.p.3.Simon
de pretis lib.2.col.fin.num.54.Ri-
min. Iun.25. num.7. in 1.Honded.
63.nu. 103.& cons.78.num. 17.&
38 18. cumq; verba restrictiua † in fi-
deicommisso superiori conscripta
geminata sint, clarior,& verior est
superior resolutio.Rolan. supra &
multi relati à Borg. d.decis.5.num.
39 29.Et quòd verba restrictiua † om
nino impediát extensioné substitu
tionis, vbi alias admitteretur, etiá
in materia fauorabili,& etiá ex idé
ptitate rationis,& verisimili mé-
te latè Pedr.cons.19.nu.84.& seq.
& cons.38.nu.22. cum seq.

SED & superior resolutio in re-
gno indifficilis est,cuius leges, cũ
præcipiant cartę standum esse, &
iudicari oportere secundum quod
in ea continetur; clarissimum est,
substitutiones factas sub conditio-
nibus superioribus adiectis verbis
restrictiuis,ad aliud tempus, & ca-
sum protendi non posse, quoniam
etsi non obstantibus illis & grauissi
mis cõiecturis aliqui ex interpreti
bus contendant, extẽsionem ad a-
liud tempus, & casum fieri posse,
40 verumtamen fori † præcipientes
cartæ standum esse omnem exten-
sionem præcisè subducunt, etiam
de casu ad casum similem, & ean-
dem rationem habentem Bartho.
in l.precibus nu. 5. C. de impuber.
Alex. in l.1.de vulga.num.4.& 35.
Soc.ibi de communi nu. 38. Alcia.
num.143.post Bart.in l.omnes po-
puli de iust.& iure n.65.& ibi Cro-
tus num.204.Cur.Iun.cons.6. nu.
7.pulchre Socin.Iun.consil. 16.nu.
1. in 3. Ruin.160. numer. 24.in 2.
Mãtica lib.11.tit.6.n. 2. Menoc.de
adipiscend. rem.4.nu.22. & cons.
10.n. 11.Bursatus cons.144.nu.36.
Cotta in memorabil.verb. statuto
cauetur Aym. in cons.pro genero.
nu. 30. Simon de pretis videndus
lib.1.in terpret.1.dub.2.solu.4.nu.
7.& 20. & lib.3.interpret.3.dub.4.
solut.1.nu.38.Stephan.Feder.de in
terpret.iur.2.p.num.17.Roland.de
lucro dot. q.35. late de † interpreta 41
tione huius statuti Camill. Gallin.
lib.8.de verb.sign. c.30.numer.12.
sed latissime omnium Horatius
Carpan in scholiis ad statuta Me-
diol.2.p.c. 174. per 97.numeros si
gnanter num.28. & c. 243. nu. 73.
ná ad casum dissimilem in dubia
res est Carpan d.c.174.num.17.ex
Brun. de statutis excl. fem. art.5.
q.29.vers. & tunc.

ET in Regno nostro,& illius fo-
ro,& statuto loquens idem asseue-
rat extensionem ex coniecturis fie-
ri non posse de tempore ad tempus
de casu ad casum etiam similem ra
tionem habentem, sed tenaciter
† inhærendum esse literæ, & ab ea 42
recedi non posse Alcia.cons.96.n.
11. Veroi.cons.120.num.9. vol. 2.
Roland. cons. 51.nu. 12.& 13. vol.
3. Meno.cons.325.nu. 17. Iacobus
Berreta.cons.74.nu.22. quem re-
fert Rusticis in tractatu quando fi-
lij in conditione positi lib. 4. c. 4.
num.15.

43 RATIO est † quoniam carta dicitur quæ legi potest l. 1. de his quæ in testamen. delen. ibi *legi sic accipiendum est, non intelligi, sed oculis perspici, quæ scripta sunt, cæterum si extrinsecus intelligatur non videntur legi posse* l. 1. si tabulæ testamenti, ibi *si ita deletum sit quod penitus legi non possit non datur bonorum possessio, quia ex coniectura non videtur scriptus* Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres de verborum numer. 17. Baldus. pulchre. in l. 2. de patrib. qui filios dist. Paul. in l. 1. nu. 18. si cert. pet. & multi relati a Rol. cons. 34. num. 47. lib. 4. Camill. Gallin. supra d. lib. 8. c. 30. num. 13. Denique illud dicitur scriptum, quod oculo corporeo, & organico perspicitur, non vero quod oculo intellectuali separato à carne intuetur Cotta verbo statuto cautum est fere & post Bald. num. 153. Barb. in l. cum acutissimi C. fideicom. nu. 152. Picus in autentica præterea C. vnde vir & vxor n. 42. Men. supra d. rē 4. n. 127. & 215. Horac. Carpan. p. 1. c. 174. n. 5. & nu. 18. & seq. Quamobrem quod ex coniecturis, † & mente
44 colligitur non admittitur in regno: quia cum non legatur in carta, non dicitur esse de ea, cui standum est, & secundum eam iudicandum ex lege regni Bart. in l. sed sciendū de parricidiis Dec. n. 4. post Felin. in c. translato de cōstitution. quod virtualiter (inquiunt) intelligitur comprehensum non dicitur expressum in instrumento, et sic in carta Horat. Carp. d. c. 174.

45 IDCIRCO stante † statuto quod cartæ stetur, nulla interpretatio admittitur, nisi gramaticalis, quæ ex constructione resultat, vt de regula beati Francisci aduertit Baldus in d. l. 2. de patrib. qui filios dist. nu. 8. & in auth. si qua mulier C. ad Velleia. & Pau. nu. 18. Alex. nu. 13 in l. 1. si cert. pet. Osasc dec. 21. nu. 15, Gallin. d. lib. 8. c. 30. uu. 17. & c. 31. nu. 17. Horat. Carp. sup. & illa solum expositio fidelis & simplex verborum quam vulgus præstat admittenda est, quia hæc reiici non potest, quæ consistit in simplici verborū sono nullo egente interprete: quādo scilicet intellectus nō distorquet se ad aliud quā litera sonat Ripa in l. 1. si cert. peta. nu. 35. Curt. Iun. d. consi. 6. nu. 8. Roland. de lucro dot. q. 55. Gallinius. d. c. 31. n. 17. post Brun. d. art. 5. q. 29. nu. 21 Horac. d. c. 174. 2. p. num. 8. & DD. omnes supra relati quæ omnia efficiunt, vt stante superiore statuto multominus concedi possit extēsio de persona ad personam. Bald. in l. maximū vitium. C. delibe. præter. nu. 10. & multi infra referendi, nec de vno casu ad alium dissimilem, quanto magis contrarium Brunus d. art. 5. q. 29. vers. & tunc Horac. Carp. 5. nu. 17.

EX quibus omnibus deprehenditur, & defectu conditionum, & sublatis conditioibus, ex verbis restrictiuis & eorū natura & vi fidei cōmissum defecisse, & haberi pro non scripto, & pro non facto ex scripto & mente Ramiri, bonaq; mansisse

sisse libera penes Contesinam.

EX superiori animaduersione, in qua probauimus fideicommissum iniunctum Contesinæ hæredi defecisse ex conditionũ defectu ad iectarum de ea ad liberos Catherinæ primo substitutos, & aliis supra relatis, infertur, integrã totius huius magni vinculi structurã defecis
46 se, quia † prima substitutio defecit, & prima substitutione deficiente cæteræ omnes subsequentes corruunt, & pereunt ex textu expresso in l. si mater. §. 1. de vulgari vbi omnes, Anchar. consil. 137. Cuman. cons. 118. Ruin. consi. 133. nu. 5. vol. 2. Paris. consi. 87. num. 37. num. 2. post Alex. consi. 1. vol. 1. & consil. 24. num. 5. in 3. vbi apostilla hanc sententiam vti subtilissimam & vtilissimam admonet esse notãdam, idem Alexand. consi. 59. col. 3. in 3. Dec. cons. 218. Soc. cons. 62. nu. 7. vol. 3. notabiliter Alcia. consi. 117. num. 3. Aym. cons. 98. num. 11. latè Rolan. vbi sunt concordantes cõsi. 34. num. 62. vol. 4. Menoch. consi. 85. n. 45. Rimin. Iun. cons. 474. n. 40. vol. 4 & ad. d. l. si mater & fundamẽtũ hoc Peregrin. de fideicommiss. art. 15. num. 8. vbi plures refert Zancus in §. cum ita 2. p. num. 67. vbi de ratione Marzar. consil. 5 & 40. & Bertazol. dicens ita iudicasse cons. 69. num. 8. in causa ardua pulchre Conanus lib. 9. comment. iur. c. 7. fol. 318. lit. b, & c, dicens cum sint substitutiones omnes connexæ & catenatæ prima dissoluta cæteræ dissipantur.

CVM enim ex defectu conditionis filiis Catherinæ primis substitutis magis dilectis † non fuerit 47
aperta via succendendi, etiamsi essent concepti & viui post conditionis purificationẽ quod fortius est, & infra clare probabo, cæteris substitutis sequentibus, minus dilectis et sic posterius vocatis, illorumque vocationi locus esse non potest. Doctores omnes supra relati & præter eos Ruinus cons. 153. num. 5. vol. 2. Paris. vbi supra num. 37. & pulchre Cephal. cons. 17. num. 10. vol. 1.

ENIMVERO ex cõditionis
† defectu prima substitutio habetur pro non facta, & pro nõ scripta 48
l. vnica. §. sin autem de caduc. Toll. Soc. consi. 180. col. 6. lib. 2. Socin. Iun. cons. 180. nu. 40. in 2. & cõsil. 4. num. 16. eod. vol. pulchrè Ripa. lib. 1. responsorum c. 2. nu. 23. vnde impossibile est ex substitutione prima, quæ habetur pro non scripta, & pro non facta sequentes dependentiam, vim, & consistentiam habere Plotus cons. 14. nu. o Zanc. in §. cum ita num. 7 & 35. & Petra de fideicommiss. q. 6. num. 7. & 8. Imo sublato principio, cum ab eius
primordio posteriores euentus for 49
mentur, omnes substitutiones sequẽtes corruere oportet, vt multifariam multisque modis elegantissimè resoluit Cepha. consil. 17. nu. 10. 11. & 12. & 649. nu. 28. & sequentibus: maximè cum † omnium 50
substitutionum contextura sit vnica vna

ca vna

ca vna forma connexitas & dependentia, vt mirum non sit si principio sublato cæteræ substitutiones sequentes euanescant. Iuxta not. a Petra & Peregr. in locis continuo referendis vbi sunt plures cócord. & elegantius cęteris Conanus d. lib.9.c. 7.fol.358.lit. b,c, dicens vt nuper retuli cum substitutiones omnes sint cónexę, & catenatę prima dissoluta cęterę dissipantur.

SVPERIVS assumptum elegantissimè confirmat Ancharran. d. cons. 137. vbi † testator instituit
51 Mẽgutiũ, & ei si ante testatoré præmoreretur, substituit filios ipsius, & hæc fuit prima substitutio, quam Ancharr. vocat primam formam. Deinde Mengutio decedẽti sine filiis substituit pauperes domicillas, & alios, & sic sine filiis decedentibus easdé domicillas pauperes. Mẽgutius superuixit testanti cum filio Iacob: quo sine filiis postea mortuo dicebát pauperes domicellæ se vocatas, & substitutionis suæ casum venisse. Quia Iacobus filius Mengutij sine filiis decesserit, & ipse substitutæ erant filiis Mengutij sine filiis decedentibus, verũtamen contrarium resoluit, quoniá prima substitutio seu prima forma substitutionis facta fuit Mengutio ante testatorem decedẽti & hæc prima forma deficit, quia superuixit testáti, & propterea prima substitutione deficiente substitutiones sequentes ait defecisse, quia intelliguntur factæ, retẽto eodem themate & verificata prima forma substitutionũ, & Ancharr. sequuntur Aym. cons. 205.nu.5. Menoc.cons.106.n.292. & pulchre & latè idẽ Menoc.cons. 399.nu.16.& 17.& Gabr.cons.117. nu.3. Cepha.d.cons.17. Natta. cõs. 200. nu.5.& 6. Petra de fideicom. q.6. n.8. vbi sunt concord. elegantissimis verbis vtitur Conan. sup.

IDEO immerito sub dubio ostenditur circa veritatem consil. Ancharr. Aym.& Menoc. Peregr. 52
de fideicom. art.15.n.30.& 31. cum substitutiones istę vna structura verborum continuatiuè conceptæ sint scilicet per copulam, &, quæ † co- 53
pulando cótinuat præcedentia vel per dictionem, ita quod, † quæ cum 54
illatiua sit superiora conseruans, quo casu res est in dubia. Secus ac si in diuersa † oratione sine dictioni 55
buscopulatius, aut illatiuis cõtinuationem superiorũ conditionũ, & substitutionũ inferentibus, sed principaliter, & de per se substitutio sequens, aut vltima facta esset iuxta declarationem Parisij cons.18.vol. 2.n.44. & multorũ quos refert Peregr. sup. n.29.& ex Cephal. Petr. d.6.nu.7. sed melius omnibus Zucardus in l. 1.C. de pactis num.235. Quibus vtiliter addo † in dubio 56
substitutiones censeri continuatas, non vero noue inductas, aut factas vt per l. clam possidere l. si quis ante de acq poss. per l. nõ solum. §. 1. de vsucap. & per cons. Signorol. 51. in fine docet in terminis substitutionis Aym. cõs.763.n.14. quem sequitur Rimi. Iun. cons.736.n.131.

Et

ET Præter Ancharranum, & omnes supra relatos, idem quod Ancharranus resoluit elegantissimè Alexand. post Cuman. consil. 118. consil.24. volum.3. vbi insti-
57 tutis † Antonino, & Comino filiis suis, & filiorum filiis iuxta consilium Galli Aquilij, scilicet institutis nepotibus, casu quo Antoninus, & Cominus filij præmorerentur in vita Gratiadei patris eorum testantis, & subsequuta substitutione de proximioribus masculis, casu quo filij, & illorum descendentes, vel eorum aliquis sine filiis decessisset, respondent, quod cum Antoninus, & Cominus superuixissent patri testanti defecit prima substitutio facta de descendentibus eorum, iuxta consilium Galli ex defectu conditionis, quia filij non fuerunt præmortui patre viuente, & ex consequenti cæteræ substitutiones sequentes penitus euanuerunt, adeo vt Petro nepote testantis, & filio Comini sine filiis decedenti, substitutio vltima de proximioribus masculis locum sibi vendicare non possit, quia prima substitutione deficiente, secunda, & sequentes penitus expirauerunt.

IDEM Docet pūctim in terminis nostris pulchrè Natta. dict. consilio 200. numer. 4. asseuerans, quia defecit conditio affirmatiua adiecta primæ substitutioni, scilicet, si filij filias habuissent, quia filias non habuerunt, non solum primam substitutionem, sed sequentes defecisse ex regula. dictæ l. si mater. & quia vitiato principali, accessoria non subsistunt, & hic est casus noster, quia cum conditio affirmatiua (*si filios habuerit Catherina*) adiecta de Contesina hærede ad primum gradum substitutionis defecerit, quia neque filios vnquam habuit, neque matrimonio vnquam collocata fuit, cæteræ substitutiones penitus defecerunt.

VERVNTAMEN Vt vis, & neruus huius primæ rationis, & fundamenti clarius eniteat, & vrgentius conuincat, animaduerto, illud procedere, quam-
uis † multi gradus substitutionum post primum, qui ex conditionis defectu euanuit essent confecti, & in eis vocati descendentes cum qualitate masculinitatis, cùm delatione nominis & armorum, cùm prohibitione de non alienando, & cùm aliis multis, quæ suaderent testatorem vehemens desiderium habuisse agnationem suam perpetuò conseruandi, & fideicommissum perpetuum inducendi, quoniam his omnibus non mouentibus prima substitutione deficiente ex defectu conditionis adiectæ de primo instituto ad primum substitutum, omnes sequentes substitutiones expirant. 58

HANC Conclusionem probat elegantissimè † Alex. cons. 139. vol. 6. 59

vol.6. vbi testator institutis Antonino,& Isasquino masculis de agnatione sua,exclusit sorores,& modicè eas dotauit, etsi decederent instituti sine hærede masculo, voluit quod remanerent bona in propinquioribus ipsius, qui essent de eius parentela,& sic semper de gradu in gradum: ita quod nunquam recederent de familia de Gābazochiis, donec aliqui masculi superessent. Mortuo Isasquino sine filiis decessit Antonius cum vnico filio. Afferit Alexand.quod licet postea decedat filius,sine filiis,non est locus fideicōmisso,sed omnes substitutiones expirauerunt, neque proficere ait tot verba denotantia,& suadentia testatorem fideicōmissum perpetuum inducere voluisse, veluti sunt prælatio masculorum exclusio fœminarum, illarum dotatio,
60 verba † quod remaneant in propinquioribus, quæ perpetuitatem denotant:nam actus remansionis tractum successiuum habet, Cuman. in l.cum ita. §. in fideicommisso. de lega.2. Et verba *Sic semper de gra*
61 *du in gradum,* verbum † enim *(semper)* infinitatem temporis comprehendit doctores in l.1.ff. solut. matri.
62 & verbum † (*donec & vsquequo*) de vno masculo in alium vocationis renouationem instituit. DD. omnes.in l. si mihi & Titio.de verborum obligat. quæ omnia clarius ostendere non poterant enixam mentem perpetuum fideicommissum inducendi.

VERVMTAMEN Prudēter † Alexander resoluit coniectu- 63
ras has minimè ad extendendum fideicommissum proficere. Quoniam conditio, & expressa verba adiecta de primis institutis ad primos substitutos repugnant:cū grauati fuerint sub conditione *(si decesserint sine filiis,* & decesserint cum vno filio,& ita impossibile arbitratur substitutiones durare, quia deficiente prima substitutione ex defectu dictæ cōditionis,cæteræ omnes sequentes corruunt, & extingũtur. Sequuntur Alexandrum Rubeus in l. Gallus. §. quidam rectè. de liber.& posthum.numer. 68. & 70. Alciat. consil. 134. ad finem. Natta consil.200.num.8.Menoch. consil.85.numer. 46. & consil.97. numer.20.Ias.consil.66.volum.3. Decius consil.291.Ruin.consi. 115. volum.3.& consil.153.volum. 2.& consil.92.volum.2.Soc. cons. 116. volum.3.Burs.consil. 51. eleganter Cephal.consil.17.volum.1. & Alexand.dict.consil.139. sequitur Tiber.consil.4.numer. 33. volum. 2. dicens eum optimè consuluisse, & neminem eum reprehendere, & sequitur illum etiam Marcabrunus consil.61. numer.13. alios referens Zucardus in l.1.C.de pact. nume. 74. Et præcor videantur Ruinus, Decius, Iason,& Cephalus,quia loquuntur in elegantissimis casibus, in quibus extant plures coniecturæ grauissimæ indicātes summum studium agnationis conseruandæ,& perpetuum fideicommissum

inducendi

inducendi testatorē habuisse, quorum hipotheses libuit recensere, quia maximè conferunt.

E T In eandem sententiam expendo elegantissimum † cōsilium Iasonis. 66. vol. 3. vbi dominus Rupisquinardi & sancti Nazarij de multis castris disponēs prohibuit, quod non venderentur, neque alienarentur, neque diuiderentur in plures, sed quod vnus solus hæreditaret, qui portaret nomen, & arma Rupisquinardi, pure instituit postea Aymarum, & ei decedēti sine filiis substituit Falconem, & huic Arminiquinum, & illi Vmbertum: ita tamen, quod hæreditaret semper vnus, Aymaro primo instituto decedente cum filiis, & sic deficiēte conditione adiecta de eo ad primum substitutum omnes substitutiones sequētes expirasse resoluit, non obstātibus pluribus gradibus substitutionum, delatione armorum, prohibitione de non alienando, & aliis, quæ æternitatem fideicommissi, & cōseruandæ agnationis arguebant.

64

C O N F E R T Elegantissimè † consilium Decij. 291. in quo septem substitutiones factæ erant adiecta ratione, ne vllo modo hæreditas exiret ex Cipo testatoris, quas omnes expirasse profitetur ex defectu conditionis negatiuæ (*si sine liberis decesserit*) adiectę de primo hærede instituto ad primum substitutum.

65

I D E M Etiā eleganter † asseuerat Ruinus consil. 153. vbi post plures substitutionū gradus adiecit verba indicantia studiū summum agnationis conseruandæ, scilicet (*si che la heredita rimāga sempre in casa*) & ex eadē ratione omnes substitutiones euanuisse resoluit, quia defecit prima substitutio ex defectu cōditionis negatiuę, *si sine filiis*. Cui mirè concinit, quod idem Ruinus docuit cōs. 115. vol. 3. vbi instituto primogenito, & ei sine filiis decedēti substituto Gerardo secūdo genito, & subsequutis pluribus gradibus substitutionū, & post eos substitutis filiis masculis in infinitum, omnes substitutiones expirasse ait deficiente prima ex defectu conditionis illi adiectæ.

66

S E D Et pulchre Decius idem resoluit cōs. 636. n. 12. † pro quo plures Italiæ decisiones contra fideicommissum, non obstante ratione conseruandæ agnationis recenset Borgn. decis. 5. n. 65. vsq; ad nu. 70. 3. part. sed inter cæteros videatur Alex. de neuo cons. 81. vbi filiis, & nepotibus institutis, & grauatis si decederēt sine filiis masculis restituere cōsanguineis suis de familia de Tieniis præsentibus & futuris masculis descendentibus de tempore in tempus, expressa ratione generali. *Quia finalis & firma voluntas, & intentio mea est, quod hæreditas, & bona mea immobilia semper, & in perpetuum, & continuo perueniant, & peruenire debeant in proximiores de affinitate mea*, quibus nō obstantibus

67

resoluit omnes substitutionum gradus expirasse, quia restringũtur, & limitantur secundum formam primam primæ institutionis, & substitutionis: & ita retento primo themate, & verificata cõditione (*si sine filiis*) adiecta de primis institutis ad substitutos: quo casu credendũ est voluisse agnationem conseruare, non vero vbi prima substitutio defecit, quia instituti decesserunt cũ filiis, quamuis ipsi postea moriantur, quoniam prima substitutione deficiente cæteræ expirauerunt.

68 TANDEM In pluribus aliis casibus grauissimis, & his similibus idem resoluunt Alexãd. consil. 59. num. 21. in 3. Socin. Sen. consi. 116. nume. 4. versic. quæ omnia. libr. 3. Ruin. 134. num. 14. lib. 3. Dec. 208. num. 4. 287. num. 11. 377. nume. 6. Gozad. 30. nũ. 17. Purpur. cõs. 217. num. 18. Aym. 328. nume. 4. Gabr. 132. num. 22. Cephal. 544. num. 13. Petra de fideicom. q. 5. numer. 105. Sim. de Pret. lib. 3. interpr. 3. dub. 1. sol. 11. nu. 71. Borgn. in perdificili casu ad conseruationem familiæ illorum de Tonso decis. 15. part. 3. num. 1. 3. 7. 8. & 13. Hõded. cõs. 78. num. 36. 42. & 50.

69 SICVT Igitur iuribus, rationibus, & grauissimorũ superiorum interpretum authoritate indificilis, & indubia redditur superior resolutio, qua prædiximus, deficiente prima substitutione ex defectu cõditionis negatiuæ, *si sine filiis decesserit, vel filios non habuerit* adiectæ de primo instituto ad primũ substitutum (quamuis dicti filij facientes deficere conditionem, postea sine filiis deficiant, & vnico momento superuiuant) omnes substitutiones sequentes quamuis innumeratæ sint expirasse, etiam si in illis ex masculinitate, armorum delatione, prohibitione de non alienando: imo & ex ratione expressa voluntas æternitatis vinculi, & cõseruationis agnationis comprehẽdatur: ita in nostro casu ex defectu conditionis affirmatiuæ duplicis, scilicet: *Si Catalina en dicho tiempo sera en matrimonio colocada y aura hijos masclos*, adiectæ de Contesina hære de instituta ad primum gradũ substitutionis, omnes sequẽtes gradus substitutionum perierunt, quia ex prima substitutione pro non scripta, & pro nõ facta cęterę depẽdentiã, & vim non potuerũt sortiri, & à primordio tituli nulli, & inualidĩ posterior euentus validus sperarĩ non potuit, vt in terminis terminã tibus in conditione affirmatiua, si filios habuerit, resoluit pulchrę Natta supra relatus, cons. 200. n. 4. & in ista duplici conditione matrĩ monij contrahendi, & habendi filios in terminis, docet Becius dict. consil. 39. numer. 20. & sequentibus.

IDQVE Vtiliter primo extendendum est, vt præsenti in superioribus, quamuis post obitum Cõtesinæ sine filiis, Catherina fuisset 70

matri-

matrimonio collocata, & liberos habuisset. In cuius rei & opinionis confirmationem præter illa, quæ de verbis restrictiuis, & earum natura & vi, & præter ea, quę de conditionũ defectu supra tradidimus: expendo nunc vtiliter hanc cõmunissimam resolutionem denuo relatam, quoniam cum defectus conditionis negatiue (*si sine filiis*) adiectæ de primo instituto ad primum substitutum, defectus inquam per existentiam filiorum tempore mortis grauati efficiat, vt non solũ prima substitutio, sed omnes sequentes corruant, quãuis filij post mortem grauati sine filiis moriãtur, &
71 deficiant: quoniam † sufficit tempore mortis grauati, & sic tempore euenientis conditionis, & eius purificationis vixisse filios, vt conditio defecta dicatur, neque de progressu, aut perseuerantia illius curamus. Bald. in c. 1. Episcopũ, vel Abbatẽ, quo nihil aptiùs adduci posse aiunt Ias. consil. 66. col. 5. vol. 3. Ruin. consil. 135. num. 5. vol. 2. Gabriel. de fideicom. conclus. 4. n. 4. & Alexand. d. consil. 139. & in numeris doctoribus supra relatis constat, & extat vulgare, & receptissimum consilium Oldrad. 21. de quo & eius intellectu in inferioribus late differemus.

ITA In casu, & in terminis
72 nostris † defectus conditionis affirmatiuæ, *Si liberos habuerit Catherina, tempore & casu, quo Cõtesina sine eis decessisset*, adiectæ de Contesina prima hærede instituta ad primum gradũ substitutionis, defectus (inquam) conditionis, quia Catherina eo tẽpore & casu liberos non habuit, neque matrimonio fuit collocata, nõ solum vitiat illum, sed cum eo omnes gradus substitutionũ sequentes (et sic vocatio dõ Christophori aduersarij) periere. Quamuis vt prædixi post mortẽ Contesinę sine filiis: & ita post euentum conditionis Catherina fuisset matrimonio collocata, & liberos habuisset: quoniam sicut in cõditione negatiua, (*si filios non habuerit tempore mortis*) sufficit, vt deficiant omnes substitutiones, filios tempore mortis habuisse per momentum, licet postea sine filiis decedant: ita in conditione affirmatiua, si filios habuerit Catherina tempore quo sine illis Contesina hæres decesserit, sufficit vt omnes substitutiones vitientur, & pereant, quod eo momento, quo Contesina sine filiis decessit, filios Catherina non habuerit, quamuis postea concipiantur, & emittãtur in lucem.

HARVM Enim conditionum † affirmatiue, vel negatiue cõ 73
ceptarum, *Si liberos habuerit, vel si liberos non habuerit*, vis, virtus, substantia, & ratio vnica est. l. ex facto. §. si quis autem. ad Trebell. l. cum vxori. C. quan. dies leg. ced. Ias. post omnes. in. l. si quis hęredem. C. de instit. Socin. in l. solemus. ff. de cond. & multi relati à me in superioribus, & cum his finem facimus huic

primæ rationi, quæ clarissimè (ni fallor) probat fideicommissum iniunctum Contesinæ hæredi ex defectu cōditionum illi ascriptarum, euanuisse, & prima substitutione propter earum defectum deficiente, cæteras sequētes, & sic eam quā don Christophorus Muñoz aduersarius inutiliter prætendit penitus expirasse. Clientemq; meum ex legitimis titulis dominium bonorū, de quibus est contentio, fuisse cōsequutum: cùm ea libera, nullis nexibus fideicommissi, supposita penes Contesinā manserint, de eisq; iure optimo liberę disponere potuerit.

74 SECVNDO Vtilius, † imo vtilissime extendenda est superior resolutio, ita vt quamuis post tempus mortis Contesinæ sine filiis, & ita post tempus purificatæ conditionis Catherina nupsisset, & filios habuisset, non solum sint extinctæ omnes substitutiones & vocationes eorum, qui post filios Catherinæ vocati fuerunt, sed & vocatio ipsorummet filiorum Catherinæ extincta sit: ita vt ipsi neque vocationem aliquam prętendere potuissent nati, & concepti post cōditionis euentū, neq; emolumētum aliquod ex ea percipere. Tum quia
75 † cum tempore mortis Contesinæ sine filiis Catherina nō fuerit matrimonio collocata, & filios nō habuerit, semel defecta substitutione ex conditionis defectu, quāuis postea ipsi concipiantur, & in lucem prodeant, reuiuiscere amplius non potuisset, vt in conditione negatur (*si sine filiis*) aduertit Paul. in §. si quis autem. l. ex facto. ad Trebell. consil. 97. volum. 2. Dec. consil. 62. numer. 2. 218. nume. 7. 377. num. 1. 513. nu. 1. Ias. 66. coll. 5. volum. 3. Nata. 200. numer. 1. Nam † 76
sufficit per momentum conditionem defecisse. Bald. in d. c. 1. Episcopum vel Abbatem, & post alios Gabr. de fideicommiss. conclus. 4. num. 4. & omnes Oldradū sequentes. d. consil. 21. latè relati.

ACCEDANT In confirmationē, † quæ de verbis restrictiuis. *En dicho tiempo, y en dicho caso,* 77
adiectis grauamini, & fideicommisso iniuncto Contesinæ in superioribus exposuimus, quorum naturam eam esse demonstrauimus, quòd non patiantur vllo modo ad alium casum, neque ad aliud tempus fideicommissum protēdi, quā conscriptum in litera, secundum quam, cùm filij Catherinæ solùm reperiantur vocati cùm verbis restrictiuis geminatis, si tempore & casu quo Cōtesina sine filiis obiret, Catherina soror esset matrimonio collocata, & habuisset liberos. Ergo verbis restrictiuis impedientibus non potest fideicōmissum protendi erga ipsos filios etiam Catherinæ, quando ipsa non habuisset filios eo tempore, scilicet mortis Contesinæ sine filiis, sed post illud tempus vtrumque contigisset. Maximè in Regno, cùm propter

pter forum præcipienté cartæ stan dum esse res ista, & opinio nostra reddatur indificilis, qua contendimus ex defectu conditionum, ex verbis restrictiuis, maximè stante prædicto foro fideicómissum fuisse peremptum quoad omnes substitutionum gradus deficiente prima, & bona penes Contesinam libera permansisse, vt sup. ex Alcia. Beroi. Rol. & Menoch. loquentibus de foro Regni nostri cófirmauimus.

VERVM In confirmationem huius secundæ vtilissimæ extensionis, & superiorum rationum, vt omnis controuersia interpretū circa verba restrictiua, & eorū vim subleuetur, animaduerto illis subductis. Quod si Catherina post tépus, quo Contesina sine filiis decessit, matrimonium contraxisset, & liberos habuisset, illi neque censerentur vocati, neque potuissent succedere Contesinæ, sed bona libera penes eam mansissent. Quo-
78 niam sicut† in fideicommisso puro solùm censentur vocati descendentes, vel liberi, qui tempore cedentis fideicómissi, & delatæ successionis sunt in rerum natura, nó nati postea. l. si cognatis. de reb. dub. l. cum ita. §. in fideicommisso. de legat. 1. & vtrobiq. DD. Socin. in d. l. si cognatis. n. 30. & cósil. 69. n. 5. in 3. Ruin. 22. n. 7. in 2. Tiraqu. ingétem doctorum cumulum coaceruans de retract. Lign. §. 1. glos. 9. n. 82. Mant. lib. 8. titul. 12. nu. 14. & Zanc. in §. cum ita, num. 26.

ITA In fideicommisso† con- 79
ditionali concepti, & nati post conditionis euentum non comprehenduntur in substitutione, & fideicómisso facto de filiis, vel descendétibus, textus expressus in l. interuenit. ff. de leg. præstant. elegátissimè Ioann. Andr. de testament. col. 4. vesic. item Lambertinus de Ráponibus asseuerans, quod sicut in fideicommisso puro, attenditur tempus cedétis fideicommissi, & successionis delatæ, vt censeatur quis vocatus: ita in fideicommisso conditionali. Adeo vt sicut natus ante conditionem mortuusq. ea eueniéte non potest dici vocatus, sed dispositio manet in causa caduci. l. vnica. §. & cum triplici. de caduc. tollen. ita similiter natus post conditionis purificationem, & nó existens in rerū natura in illo tépore.

ET Sequuntur Ioannem Andræam infiniti, pulchrè Paul. cons. 16. num. 5. vol. 2. vbi filiis decedente substituit filios filiarum, & filiabus filios nó habentibus, substituit filios Martini. Cùm tépore (inquit) mortis Bartholomæi sine filiis: & ita tempore purificationis conditionis filiæ filios non habuissent, substitutioné de filiis Martini locū non habere respódit: quamuis postea filię filios obtinuissent, quia tépore códitionis existentis non erát in rerum natura, & quoad natos postea inutiliter fideicommissi diem cessisse ait, præsertim, quia verba restrictiua, *tunc & eo casu*, ibi adiecta

fuerunt

fuerunt vocationi, sicut in proposito, quæ ad aliud tempus, & casum protendi substitutionem minimè patiuntur. Quo nihil aptius ad casum nostrum adduci posse existimo.

ELEGANTISSIME Idē resoluunt Alexand. consilio. 22. volum. 3. repetitum. 13. volu. 4. idem Alexand. consilio 26. numer. 11. vol. 3. & vtrobique sequitur Ioannem Andræam sup. quem & superiorem resolutionem sequuntur etiam Decius consilio 412. & 253. & 299. numer. 8. Ruin. 117. numer. 21. & 160. numer. 15. & 164. nume. 22. volum. 2. Iason consilio 206. volum. 2. col. 1. Paris. in eodem casu consultus consil. 71. numer. 20. volu. 2. Curtius pulchrè. cons. 111. & eleganter Marianus Iunior. 172. volum. 2. late Alba. cōsil. 32. num. 13. Mantica lib. 8. tit. 12. numer. 14. Zanc. de communi. in §. cum ita. numer. 260. Cephal. 272. num. 14. Greg. Lopez in l. 10. titu. 31. verbo. otorgádo. Peregri. latissime de fideicomm. art. 22. per totum.

80 EX Superioribus † clarissimè (ni fallor) deducitur ex defectu primæ substitutionis, quia conditiones, sub quibus concepta fuit defecerunt, omnes substitutionum gradus expirasse. In cuius resolutionis confirmationem, antequam extremam manum illi imponam, & substitutionum progressum, mediosq; illarum gradus, & caducationes explicē, placuit duas communes resolutiones in mediū adducere, quibus communis resolutio supra tradita vrgentissimè confirmatur.

PRIOR Est communis † resolutio omnium, quæ continet caducato primo gradu substitionis, non caducari sequentes, siue substitutiones sint vulgares, siue fideicōmissariæ simpliciter de per se factę, vel comprehensæ in compendiosa, de vulgari loquuntur. l. si Titius. l. cohæredi. de vulga. l. fideicommissa. de legat. 1. Bar. & omnes in l. quam diu. de acquir. hæred. Bal. consi. 81. vol. 4. Paris. consil. 152. vol. 1. Soci. consil. 52. num. 8. vol. 1. cui subscripsit Corneus. 298. vol. 3. Zácus in §. cum ita. nume. 27. & 28. & nemo discrepat teste Menoc. consil. 106. nume. 376. Gabr. consil. 95. volu. 1. Menoc. varie extendens cons. 106. num. 391. Zanc. in §. cum ita. num. 41. Anto. Thesaur. decis. Pedemō. 86. sed de his copiosius in inferioribus agemus. 81

HANC Communem resolutionem extendunt plures, quāuis conditio † adiecta de primo substituto ad secundū substitutū, vel cæteros deficiat, quia nō obstante huiusmodi conditionis defectu secūdus, vel cæteri substituti succedunt primo hęredi grauato. Aiūt enim, caducato gradu caducari cōditionē illi adiectā: ita vt obstaculo non sit sequēti in gradu, quominus succedat primo instituto. Paul. cōs. 152. col. 2. 82

col. 2. vol. 2. ita intelligens. §. pro secundo Dec. 517. num. 10. Maria. Iun. conſ. 42. num. 18. vol. 1. Bertrád. conſ. 23. vol. 3. Gabr. alios referés coſ. 95. n. 9. vol. 1. Theſaurus vbi ſunt cõcord. deciſ. Pedemont. 68. num. 2.

RATIO autem huius communis reſolutionis, (quare caducato primo gradu † non caducetur ſequens) ex mente teſtatoris deſumpta ea eſt, vt ſupra explicui, quia cũ conſtet teſtatorem hæredem inſtitutum grauare voluiſſe, noluiſſeq; propterea, vt hæreditas penes eum maneret, abſurdum putauerunt iuriſconſulti, vt propter caducationẽ primi gradus hęreditas contra voluntatem defuncti maneret penes hæredem ideo ne lucrum contra voluntatem teſtantis cõſequatur, non obſtante caducatione primæ ſubſtitutionis hæreditas manet penes hæredem primũ grauatum, cùm eodem onere reſtituendi ſecundo ſubſtituto, cùm quo extitiſſet penes primum ſubſtitutũ ſi ſucceſsiſſet, ita ſubtiliter Ruin. cõſ. 99. num. 14. vol. 2. videndus & conſil. 96 num. 9. vol. 2. Zanc. ſupra num. 48. Menoc. ſup. num. 392. conſil. 306. & dicam latius infra in 2. p. 83

EX hac communi reſolutionẽ, & eius ratione inferũt omnes dempto nemine, eam non procedere, & limitandam eſſe: quotieſcunque † conditio adiecta de primo inſtituto grauato ad primũm ſubſtitutum defeciſſet, quoniam tunc caducato primo gradu ſubſtitutionis, ſequens in gradu non admittitur, etiam ſi conditio adiecta de primo ſubſtituto, cuius gradus caducus factus fuit, fuiſſet verificata. Ratio eſt euidens.† Quoniam cum conditio adiecta de primo inſtituto ad primum ſubſtitutum defecerit, deficit etiam grauamen, & fideicommiſſum ei iniunctum, habeturque illud pro non ſcripto, & pro non facto, & ex mẽte defuncti cenſetur illud ademptum, & relicta bona libera penes inſtitutum hæredem vt ex Cepha. conſ. 649. num. 28. & ſeq. & ex aliis multis ſup. aduertimus, & copioſius, & clarius explicabimus infra in 2. parte. 84 85

CVM igitur bona,† & hæreditas deficiente conditione adiecta, de inſtituto hærede ad primũ ſubſtitutũ, ex iudicio & mente defuncti remanerent penes hæredẽ, nec reperiatur grauatus ex litera, & mẽte erga primũ ſubſtitutũ magis dilectum, ſi vixiſſet. Ergo caducato primo gradu primi ſubſtituti magis dilecti eſt impoſsibile, hæredẽ cenſeri grauatum reſpectu ſequentium ſubſtitutorum minus dilectorum. 86

ET hanc ſententiam communem,† quòd vt caducentur gradus ſequentes, caducato primo, oporteat conditionem adiectam de primo inſtituto ad primum ſubſti- 87

 tutum

tutum verificari, alioquin quòd ea deficiente omnes substitutiones sequentes spirent, & caducētur docent Paulus cons.152. col.3.in fine. vol.2.Fulg.cons.14.Alciat. nu.10. in l.cohæredi de vulgari.& optimè confirmat Alex. consil.59.vol.3.& elegantissimè cons.139. vol.6. per totum Soc. cons.62.num.7. vol.3. & multi quos refert Zancus in §. cum ita num.8.& præter eos in finiti prope,quos ipse connumeraui supra in vers. Ex superiori num. 46.

ET sic vides ex communi hac
88 resolutione,& receptissima sententia tradita ab interpretibus in materia caducitatis, vrgentissimè cōfirmari opinionem nostram, qua contendimus, & probauimus supra,bona libera penes Contesinam mansisse ex defectu conditionum adiectarum de ea ad primum gradum substitutionis, & deficiente illo primo gradu,seu illa prima substitutione omnes sequentes substitutionum gradus, & sic vocationem aduersarij,periisse.

TANDEM pro choronide huius primi articuli animaduerto, Contesinam grauatam extitisse in fauorem filiorum Catherinæ, qui nunquam fuerunt quia nunquam Catherinæ filios habuit. Quamobrem hic primus gradus substitutionis filiorum Catherinæ non dicitur caducus, neque quasi caducus; sed pro non scriptus, & quamuis quoties aliquis gradus substitutionum caducus, vel quasi caducus fit, sequentes non caducentur, (vt præ dixi,) sed hæreditas maneat penes hæredem institutum cùm onere restituendi sequentibus.

VERVMTAMEN contrarium decernunt omnes, quando primus gradus non efficitur inanis † ex caducatione, vel quasi cadu- 89
catione,sed nullus omnino, & pro non scripto habitus est: quia substitutus primus nunquam in rerum natura fuit, vt in proposito. Tunc enim bona manēt penes hæredem institutum libera, nullis oneribus fideicommissi supposita erga sequētes substitutos.l.vnica.§.in primo.ibi nullo grauamine nisi per ratò C.de caduc.tollen.quam sententiam in terminis tenet Paulus cons. 394. in fine lib.1.Corn. cons. 298. in subscriptione lib.3. Dec. consil. 327. num.9.Alciat. omnino videndus cons. 41. nu.27. lib.9. Sforcia Oddo Perusi. de compediosa p.6. q.6. art.1.& Menoch. elegantissimè in causa grauissima Regni nostri consultus cons.326. n.35. vers. respondetur,& confirmabo ego vrgentius in 2. p.

Ratio differentiæ est. Quia gradus † caducus, vel quasi caducus à 90
principio fuit validus saltem habitu,& potentia. Vnde cùm constet validè voluisse testatorem hæreditatem à grauato abdicare, iustum est,vt ex caducitate contra testantis mentem hæreditatem non detineat. Et ideo res manet cùm eodem

dem̃ onere penes eum, Rui. Zanc. & Menoch. vbi supra.

82 SED in substitutione † pro nõ scripta hæc voluntas testantis, neque actu, neque habitu, & potentia à principio subsistit, vnde nulla est ratio: cur hæreditas non maneat penes institutum. Quia volũtas testantis illi non resistit, cum ex gradu pro non scripto habito nulla voluntas actu, neque potentia colligi posit. Ita præsensit clare Oldradus cons. 177. dicens substitutionem de eo qui non natus est, omnino esse inutilẽ, quia plus nullitatis est in eo quod à principio nõ subsistit, quàm in eo quo & post facto deficit. Confirmatur ex notatis à Cephalo cons. 649. & ex late deductis in 2. parte.

SVMMARIVM EORVM QVAE continentur in secunda parte responsi.

92 *DECIDENDI rationes non percipiet qui nõ percipiet rationes dubitãdi.*

93 *Veritas quo magis opugnatur, clarior redditur, exemplo aromatum, quæ magis redolent, quo magis conteruntur.*

94 *Ramirus Frãciscus & Ioannes vocati sunt in vinculo Ramiri sub conditione si masculi Catherinæ & violanti nascantur, & moriantur.*

95 *Substitutio Ramiri Francisci & Ioãnes, sub conditione si masculi morerentur expirauit masculis nõ natis*

96 *Theses disputationis proponitur an substitutio facta in casu mortis posthumi, procedat casu quo non nascatur.*

97 *Quæstio hæc priscis temporibus centumuirali iudicio Romæ decisa fuit pro Crasso contra Sceuolam.*

98 *Opinio excludens substitutum in casu mortis posthumi si posthumus non nascatur communi multorum iuditio communitur & fundamenta innumera ad duas rationes breues reducuntur.*

99 *In substitutione vulgari, caducato primo gradu non caducantur sequẽtes.*

100 *Substituti prædecedentia est vnus ex casibus vulgaris aperiens viam secundo substituto.*

101 *Quod procedit etiam in vulgari sub compendiosa comprehensa.*

102 *In substitutionibus obliquis, caducata prima fideicommissum remanet penes grauatum cum onere restituendi secundo substituto.*

103 *Quod iuribus & rationibus confirmatur.*

104 *Caducato medio gradu ideo caducantur sequentes, ne grauatus contra voluntatem defuncti hæreditatem retineat.*

105 *Compendiosa substitutio & vulgarẽ & fideicõmissariam comprehẽdit.*

106 *Substitutiones in compendiosa contentæ seruant naturã suam prout casus occurrit.*

107 *In substitutionibus compendiosis maiori cũ ratione caducata priori non caducatur vltima.*

108 *Caducato medio gradu per fideicõm. grauatus debet restituere secundo.*

109 *Caducato medio gradu secundus substitutus subrogatur per vulgarẽ in locũ primi substituti præcedẽtis.*

110 *Substitutio vulgaris in fideicommissis fieri potest.*

111 *Substitutionem vulgarem per quã secundus substitutus subrogatur in locũ primi prædecedentis anormalam &*

& impropriam cum iudicio appellat Gabriel.

112 Caducato medio gradu caducātur cōditiones natiuitatis et mortis hærētes.

113 Conditio per quā quis grauatur dicitur onus substituti & fauor grauati.

114 Fideicommissa ex verisimili mente ne dū extendi, sed & induci possunt.

115 Voluntas potior est verbis sicut finis potior est mediis.

116 Voluntas ex coniecturis deprehensa dicitur mensura inducendi & extendendi fideicommissa.

117 Voluntas defuncti attēdi debet licet verba aliquantulum offendantur.

118 Testator disponens in casu natiuitatis & mortis idem verisimiliter dispo suisset in casu non natiuitatis.

119 Conditio natiuitatis & mortis fortius adimpletur per non natiuitatē vbi ex coniecturis aparet defunctū voluisse bona in familia conseruare.

120 Oldradus cons. 21. non procedit vbi ex coniecturis apparet defunctū voluisse bona in familia conseruare.

121 Oldradus cons. 177. non procedit data agnationis ratione.

122 Ratio vnica vbi reddi potest, pro expressa habetur.

123 Substitutiones conceptas in casu natiuitatis & mortis masculorum Catherinæ & Violantis expirasse rationes veriores & vrgentiores & potiores interpretum authoritates suadent.

124 Quam sententiam Quintus Mucius Sceuola ex scripto populo approbante defendit.

125 Iustitiam fouentes ex pluribus causis non possunt sæpius illam consequi.

126 Mucij senetntiā numeris Doctorum authoritatibus confirmatur.

127 Oldradus cons. 177. subtilissime confirmatur ex eodem Oldr. cons. 21.

128 Conditio si masculi Catherinæ morientur habet implicitam conditionem si Catherina filios habebit.

129 Conditio affirmatiua si filios habebit, & negatiua si filios non habebit per omnia parificantur.

130 Conditio si decesserit sine filiis expirat filio superstite licet statim mortuo contra verisimilem mentem defuncti clare repugnantem.

131 Conditio si filios habebit nullis natis omnino deficit non obstante verisimili mente contraria.

132 Et de ratione.

133 Miratur author neminem ante illum expendisse Oldradum cons. 21. ad comprobandum Oldradum consil. 177.

134 Sequentes Oldradum cons. 21. non possunt sine verecundia impugnare Oldradum cons. 177.

135 Institutio facta de posthumo nascituro in vita non extenditur ad natum post mortem.

136 Nasci & non nasci sunt casus magis contrarij quam nasci in vita testatoris vel post mortem.

137 Mucij sententiam comprobat communis ex l. commodissime. ff. de liber. & posthum.

138 Mori non possunt qui nati non sunt.

139 Substituti sub duplici conditione natiuitatis & mortis filiorum Catherinæ illis nō natis, & defectu vtriusque excluduntur.

140 Conditio natiuitatis ex mortis ex scripto & rigore literæ deficit in casu non natiuitatis.

141 Substitutionem non fieri, vel fieri sub conditione non verificata paria sunt.

142 Conditionem natiuitatis & mortis etiam ex mente deficere in casu nō natiuitatis probatur.

143 Conditio voluntaria ruditer adimpleri debet prout concepta est neq; ex verisimili mente extenditur.

144 Mucium & Oldradum ex natura conditionis voluntariæ plures defendunt.

145 Conditio voluntaria etiam si testator interrogatus idem disposuisset extendi non potest.

146 Conditio decedendi sine filiis quia voluntaria est non extenditur ad casum decedendi cum filiis.

147 Con-

147 Conditio necessaria dicitur quae a iure vel natura necessaria est, sed voluntaria quae a testantis voluntate & impositione dependet.
148 Conditio natiuitatis & mortis filiorum & in vulgari & in fideicõmissaria est conditio volũtaria.
149 Conditio natiuitatis & mortis quia voluntaria est ad casum non natiuitatis ex sententia multorum non extenditur.
150 Extensionem admitti vel non admitti axioma perplexum est nulla certa doctrina comprehensible.
151 Extensio aliquando admitti potest ad casum similem quoad mentem verba & effectum.
152 Extensio neque ex rationis idemptitate neque ex verisimili mente extenditur ad casum dissimilem & penitus oppositum.
153 Substitutio vulgaris facta in aliquo casu speciali impotẽtiae nõ extenditur ad casũ noluntatis nec ẽ cõtra.
154 Maxime vbi in casu indiuiduo adiicitur conditio voluntaria.
155 Natiuitatis & non natiuitatis casus non solum sunt dissimiles, sed penitus contrarij.
156 Extensio nunquam admittitur de persona ad personam.
157 Extensio de persona ad personam nec ex verisimili mente neque ex fauore materiae neque ex generalitate verborum admittitur.
158 Et ita multi tenent contra Angelũ.
159 Aretinus subtilitate doctrina & bona conscientia caeteros sui temporis superauit
160 Mens sola nisi ex verbis deducatur nunquam attenditur.
161 Mentem attendi vel non attendi quasi vulgata contilena vsque ad fastidum consulentes vtuntur.
162 Mẽs attenditur vbi casum verba saltim improprie comprehendunt non vbi verba omnino deficiunt.
163 Velle non sufficit testatorẽ nisi disponat casum non natiuitatis.
164 Conditio natiuitatis & mortis neque generaliter neque improprie continet casum non natiuitatis.
165 Conditio natiuitatis & mortis ex inditio vtriusque opinionis deficit ex scripto & litera in casu non natiuitatis.
166 Conditio natiuitatis & mortis nunquam extenditur ad casum non natiuitatis si adsint verba restrictiua vt in praesenti.
167 Quod multorum authoritate confirmatur.
168 Oldradum adiectis verbis restrictiuis intrepide sequuntur omnes & nu. 237.
169 Argumentum a contrario sensu ex verbis limitatis deductũ expressũ est, & in Aragonia admittitur.
170 Geminatio verborum restrictiuorum multo fortius extensionẽ prohibet.
171 Locus Genesis c. 41. pro hac sententia expenditur a nemine antea expẽsus
172 Oldradus cons. 21. ex opinione aliquorũ non procedit data ratione agnationis.
173 Oldradus cons. 21 procedit secundum omnes etiam data ratione agnationis quando adiiciũtur verba restrictiua.
174 Substitutio vulgaris facta in casu impotentiae extenditur ad casum noluntatis & e contra.
175 In cõditione necessaria magis effectus, quã verborum cortex attenditur.
176 Conditio necessaria ideo extenditur, quia extensio a lege approbatur.
177 Coniecturae legis fortiores sunt coniecturis hominum.
178 Conditio necessaria licet alias extendi possit, non extẽditur si adsint verba restrictiua.
179 Forus praecipiens cartae standum essẽ omnem extensionem subducit.
180 Forus praecipiens cartae standum esse solum admittit gramaticalem interpretationem.
181 Oldradus cons. 177. ex litera & carta ineuitabiliter procedit.
182 Oldradi sententia cons. 177. in Aragonia procedit sine difficultate ex foro praecipienti cartae standum essẽ & num. 239.

183 Ioãnes

183 *Ioannes de Ribas, authoris conciuis laudatur.*

184 *Oldradus consf. 177. vbi ad sunt verba restrictiua fortius procedit in Aragonia, quia cum prohibitione legis concurrit prohibitio hominis.*

185 *Prohibitio legis & hominis si cōcurrant ad impediendam extensionem fortius multo impeditur.*

186 *Caducata prima substitutione caducantur sequentes quando illis non solum resistat caducatio sed etiam defectus conditionis adiectæ de instituto ad substitutum.*

187 *Principia anxiè inquirenda sunt in materia ardua, & subtili.*

188 *Eleemosynæ laudes remissiue recensentur.*

189 *Substitutio facta sub conditione si institutus moriatur sine filiis est cōpendiosa.*

190 *Substitutio compendiosa vulgarē & fideicommissariā comprehēdit quarū quælibet suā naturā conseruat.*

191 *De vulgari probatur.*

192 *De fideicommissaria probatur.*

193 *In substitutionibus fideicōmissariis caducata prima regulariter non caducantur sequentes.*

194 *Nisi vltra caducationem obsisteret etiam defectus conditionis adiectæ de instituto ad primum substitutū.*

195 *Medio per quod peruenitur ad extremum sublato tollitur etiā extremū.*

196 *Procedit etiā aduersus causam piam vltimo loco substitutam.*

197 *Caducato primo gradu qualiter hæreditas apud primum institutum maneat cum eodem onere pulchre declaratur.*

198 *Substitutus in locum alterius non debet potiori quam illo iure gaudere.*

199 *institutus ex caducatione medij gradus non debet plus grauari quam a testatore grauatus reperitur.*

200 *substitutus secundus ex caducatione primi non debet plus commodi habere quam primus habuisset.*

201 *Caducato primo gradu non caducatur sequens ne institutus contra mentem defuncti hæreditatem retineat.*

202 *Sed difficiente conditione sub qua primus substitutus vocatur sequentes non caducantur, quia bona manent apud hæredem ex voluntate defuncti.*

203 *Possessor ex sola possessione vincit contra ius non habentem.*

204 *Caducato medio gradu hæreditas transfertur ad sequentem cum eisdem conditionibus & qualitatibus*

205 *Translationis natura est vt fiat sub eodē onere conditione & qualitate.*

206 *Caducato medio gradu in substitutionibus compendiosis eisdem modis vocantur sequentes quibus vocarentur in fideicommissariis simplicibus.*

207 *Substituti sequentes exclusi ex conditionis defectu & caducatione excluduntur, non obstante dictione quandocumque decesserit, adiecta in compendiosa.*

208 *Caducato medio gradu in substitutionibus vulgaribus sequentes non caducantur ex opinione multorū.*

209 *Ratio traditur.*

210 *Natiuitatis & mortis cōditio incōpendiosa solu impedit casum fideicōmissariæ non ad casum vulgaris, Sed consf. 4. num. 213.*

211 *Substitutio vulgaris facta in vno casu noluntatis vel impotentiæ extenditur ad alium*

212 *Substitutio cōpendiosa sub conditione si sine filiis grauatus decesserit, facta deficit caducato medio gradu quoad vulgarē & fideicōmissariā.*

213 *Conditio si sine filiis in compendiosa scripta ad fideicommissariam & ad vulgarem refertur.*

214 *Caducato medio gradu in substitutionibus pupillaribus admittuntur sequentes ex tacita vulgari sub pupillari comprehensa*

215 *Nisi primo substituto pupillari resisteret conditio sub qua vocatur.*

216 *L. qui habebat ff. de vulga. ex communi declaratur.*

217 *In*

217 In substitutione compendiosa conditio si sine filiis ex vi verborum ad vulgarem refertur.
218 Caducato medio gradu caducatur sequens in compendiosa tã quoad vulgarem quam quoad fideicommissariã.
219 Caducato medio gradu substitutionis compendiosæ caducantur sequentes quoad vtramq; substitutionem ex defectu conditionis.
220 Gabriel defenditur ab impugnatione Zanchi.
221 Conditio compendiosæ substitutionis vniformiter influit in omnes substitutiones sub ea comprehensas.
222 Fideicommissariæ natura est vt hæreditas adeatur.
223 Vulgaris natura est quod hæreditas non adeatur.
224 Conditio si sine filiis neque est de natura fideicommissariæ neque contra naturam vulgaris, sed in vtraque potest ex voluntate defuncti adesse & abesse.
225 Oldradus cons. 141. a communi omnium recipitur in prima compendiosa facta primo instituto sub conditione si sine liberis.
226 Aymon carpitur male putans Oldradi sententiam cons. 141. non procedere in secunda compendiosa.
227 Vulgaris contenta in prima compendiosa est vera & proprie vulgaris perquam testatori succeditur.
228 vulgaris contenta in secunda compendiosa est anormala & impropria per quã non succeditur immediatè testatori sed primo substituto.
229 Vulgari propriæ maior fauor debetur quam impropriæ.
230 Dilectus magis præsumitur primo substitutus vel nominatus.
231 Vincula Ramiri in Contesina expirarunt quoad vulgarem & fideicommissariam non natis filiis Catherinæ & Violantis.
232 Vulgaris sub compendiosa comprahensa seruat naturam suam.
233 Vulgaris adiectis dictionibus taxatiuus non extenditur de vno casu necessario ad alium.
234 Caducationis articulũ amplissime declarauit author in causa Comitatus de Quirra pro Illustrissimo Don Blasco de Alagõ Comite de Sastago
235 Caducitatis materiã qui tractent remissiue.
236 Oldradus cons. 177. recipitur a veriori & magis communi ex numero & authoritate.
238 Exempla nunquam fere currunt quatuor pedibus.
240 Bartoli opinio in l. quãdiu de acquir. hæred. late declaratur.
241 Caducato gradu caducatur conditio actiua per quam vocatur.
242 Gradu medio pro non scripto habito omnes sequentes indistincte pro non scriptis habentur.
243 Conditio adiecta instituto regulariter censetur repetita in substituto maxime si potestatiua sit.
244 Nisi institutio sit pro nõ scripta, quia conditio illi adiecta pro non scripta habetur.
245 Gradus Caducus a principio fuit validus saltim habitu licet non actu.
246 Substitutio pro non scripta a principio neq; habitu neq; actu subsistit.
247 Nullitatis plus est in eo quod a principio non subsistit quam in eo quod ex post facto deficit.
248 Caducato medio gradu sequentes gradus caducãtur ex vi dictionũ restrictiuarum.
249 Caducatis mediis gradibus filiorum Catherinæ & Violantis cæteri omnes caducantur, quia plura verba restrictiua adiecta sunt.
250 Mens verisimilis fideicommissa protẽdit de vno casu ad alium, & 252
251 Conditio necessaria quando non adiicitur dicto taxatiua de casu ad casum extenditur.
253 Argumentum sumptum a verisimili mente friuolum fallax & inualidum est, sicut sunt cõiecturæ a quibus ducitur.
254 Et periculosum est & fallacissimũ.
255 Voluntatem defuncti intuentes sæpe in ea

in ea coniecturanda erramus.

256 Verisimilis mentis consideratio alter cationũ moles producit & defunctorum ordinationes & iuris regulas cum reipublicæ detrimento sæpe subuertit.

258 Verisimilis mens nõ admittitur si omnino tacita sit sed quando in verbis saltim generalibus vel impropriis continetur.

259 Verisimilis mens etiam ducta ab acuta & prudenti imaginatione sub ductis verbis nihil proficit.

260 Verisimilis mens etiam ex verbis deducta debet esse tanta, vt aliud credi non possit alioquin verbis standum est.

261 Fideicommissa tanquam odiosa habẽt contra se præsumptionem legis.

262 Verborum certitudinem omittere et coniecturas inquirere imbecillitas intellectus est.

263 Mentem defuncti coniecturantes et diuinantes sæpe propter nimiã subtilitatem erramus.

264 Coniecturæ nunquam proficiunt ad inducendum fideicommissum, sed ad declarandum quando sunt necessariæ & omnino certæ.

265 Mortis conditio in necessarium antecedens natiuitatis conditionem præsupponit.

266 Agnationem fœminæ non conseruãt sed perimunt.

267 Agnatio contemplata non censetur vbi fœminæ ad fideicommissum vocantur.

268 Agnationis ratione vnica moueri testatorem dicens probare debet.

269 Hominum voluntates variis & vehementissimis effectibus huc & illuc variæ flectuntur.

270 Agnationis ratio subiicitur casibus personis & conditionibus a testatore expressis & vltra illas non extenditur.

271 Substitutiones somniandæ aut multiplicandæ non sunt ratione agnationis vltra disposita, alioquin vna substitutione data res in infinitum abiret.

272 Agnationis ratione difficilius admititur extensio in collateribus quam in descendentibus.

273 Mens contra verba clara penitus est inefficax.

274. Oldradus cons. 21. procedit ex verbis quamuis mens resistat.

275 Conditio affirmatiua si filios habuerit ex verbis filiis non natis deficit omnino quamuis mens repugnare dicatur.

276 Natiuitatis & mortis conditio nunquam casum non natiuitatis comprehendit.

277 Coniecturas quibus aduersarij contendunt casum natiuitatis & mortis protendi ad casum non natiuitatis remissiue explicantur.

278 Substitutiones Remigij, Frãcisci, & Ioannis, non natis masculis Catherinæ & Violantis ineuitabiliter & clare defecerunt ex natura conditionis voluntaria ex verbis restrictiuis, ex foro præcipienti cartæ stãdum esse, & aliis quam pluribus simul concurrentibus.

279 Coniecturæ in Aragonia verbis deficientibus a cordato & prudenti iurisconsulto respuẽdæ sunt, nec prõ arbitrio effingendæ, verba clara inuertendo.

280 Arbitrium non debet proprio sensu & cupiditate duci sed legibus alligari.

281 Iudicis munus qualiter ex arbitrio vel legibus recte explicandum sit ex pulcherrimo Ciceronis loco declaratur.

SECVN-

SECUNDA PARS.

EXplicaturus in hac secunda parte substitutionum progressum, & in eo materiam pulchiorem, & difficiliorē inuertam aliquantulum ordinem anteactum, vt clarior orationis nostræ cursus defluat, & vt interpretatio caducitatum reddatur dilucidior, fundamētaq., & rationes pro euersione fideicommissi, & libertate bonorum, illarumq. vis, & neruus vrgentius eniteat, oportunum
92 iudicaui prius † pro contraria parte arguere, & postea soluere, & cōfirmare exemplo Iurisconsulti. in l. ofilius de legat. 3. & in l. fin. §. mixta. de muner. & honorib. Portius. in §. illud. de rer. diuis. ita enim percipiētur exactius rationes decidendi nostræ sententię, si rationes dubitandi prius referantur, & subleuentur. Bald. in l. si tutores. de Compensa.

93 VERITAS † Enim (cuius eruendæ, & tuendæ gratia integrū ius ciuile fuit constitutum) exēplo aromatum, quæ magis redolent, quo magis contererentur, quo vrgētius opugnatur, tanto clarior in lucem emittitur. Paulus consil. 23. volum. 1. Aymon. consil. 135. nu. 15. Roland. 66. volu. 1. num. 2. Natta. 637. num. 2. late Riminal. Iun. cōs. 7. num. 7.

VIDIMVS Itaq; in superioribus substitutionū initium, & quibus verbis, & cum quibus conditionibus radices egerit in Contesina hærede respectu filiorum Catherinæ ei primo loco substitutorū, & ad cæteros substitutionū gradus medios prosilientes aduertimus, Ramirum † grauasse filios Ca 94
therinæ primo substitutos, & eorū descendentes masculos sine filiis descendentes in fauorem filiorum masculorum alterius sororis Violantis, nempè cum eisdem cōditionibus, & verbis restrictiuis (*Si en dicho tiempo Violante fueße en matrimonio collocada, y en dicho caso tunieße hijos masclos legitimos*) & hos filios Violantis secundo loco substitutos, & illorū descendentes si decessissent sine filiis masculis grauauit in fauorem Ramiri Muñoz & descendentium masculorum illius, & illis deficientibus in fauorem Frācisci eius fratris & descendentium masculorum illius, & illis deficientibus, in fauorem Ioannis eorum fratris & descendētium masculorum illius, & illis deficientibus in fauorē Ludouici eorum fratris, & illorū descendentium masculorum, de quorum numero don Christophorus aduersarius est.

DENIQVE † Isti quatuor 95
fratres & illorū descēdentes masculi filii Elisabetis de Funes sororis Ramiri, & nepotes Vicecancellarij vocati fuerunt sub conditionibus si filij & descendentes mas-

culi legitimi Catherinæ & Violantis morerétur fine filiis, sed isti nunquam obierunt, quia nunquam nati fuerunt, vt prædiximus: cùm verum sit Catherinam & Violantem innuptas, & sic nullis habitis filiis decessisse. Ergo vocatio & substitutio prędictorum quatuor fratrũ & eorum descendentium ex defectu cõditionum expirauit. Quamobrẽ aduersarius descendens Ludouici contendere non potest fideicommissum subesse, & se esse vocatũ, maximè cum verbis restrictiuis geminatis & multiplicatis factæ fuerint substitutionis præfatæ.

96 DE Manera, † que la fuerça deste fundamento consiste, si los llamamientos y substituciones de dichos quatro hermanos y sus descendientes barones hechas en caso de nascimiento y muerte de los hijos de Catalina y Violante, ha lugar en caso de no auer nascido, como no nascieron, para q̃ haya lugar en fauor de dõ Christoual, reteram prius, quæ illius iustitiam videntur fouere.

ET Primo dõ Christophorus contẽdens substitutionem factam in casu natiuitatis & mortis filiorũ & descendentium Catherinæ & Violantis locum sibi vendicare in casu non natiuitatis, rem non nouam videtur aggredi, sed priscis †
97 illis & florentissimis tẽporibus Cẽtumuirali iudicio Romæ decissam pro eloquẽtissimo Craso aduersus prudentissimum Sceuolã in illius fauorẽ, vt Cicero sępissimè cõmemorat in oratione pro Cecina. & lib. 1. & 2. de Oratore, & in Bruto, & in Topicis, & secundo de Inuentione, cuius nõ solũ meminit Quintil. lib. 7. oratoriarum institutionũ. c. 7. sed ex nostris Zãcus. in §. cum ita. n. 20. Tiber. Decia. cons. omniũ primo in princ. lib. 1. Menoch. cõs. 326. n. 23. & 24. Marz. cõs. 1. Mãti. lib. 8. tit. 11. num. 1. Petrus Surdus, cons. 236. Crasus libr. 2. §. substitutio. q. 80. Sforcia Odo. de compen. 6. part. art. 1. q. 1.

QVI Verò Manticam † legerit facile intelliget, hanc sentẽtiam posterioribus & successiuis temporibus communi, & magis, (vt ipse ait) cõmuni grauissimorũ iuris cõsultorum iudicio fuisse cõmmunitam, ex textu in l. qui ventri. de vẽtre inspic. & ex l. fin. C. de instit. & aliis iuribus relatis à Decio consil. 227. num. 3. Soc. Iun. 181. num. 27. volum. 2. Ias. 148. col. 3. & 5. lib. 2. Calca. Corn. Alciat. Beroi. & relati à Cephalo. consil. 649. nu. 1. & seq. & à Marzario de fideicõ. q. 13. Simõ de Precis. lib. 3. solutio. 3. n. 59. fol. 60. vbi sunt concordãtes, alios textus & rationes refert Menoch. d. consil. 326. num. 19. cum sequẽt. & præterea Crassus libr. 2. §. substitutio. q. 80. num. 6. Sforcia. de compendiosa. 5. part. art. 1. q. 1. 98

HVIVS Communis resolutionis rationes duæ ab interpretibus

bus traduntur, ad quas multa quæ scribunt reduci possunt. Prior ex communi etiam & recepta senten tia conficitur, qua receptũ est, tam in substitutionibus directis, quam obliquis, vt caducata prima nõ caducetur secunda.

99 PRIMVM † In substitutionibus vulgaribus probant expressè textus in l. si Titius. & l. cohæredi. ff. de vulgar. l. celsus. §. 1. de lega. 2. l. quãdiu. de acq. hęred. vbi omnes. §. sed si instituto de vulgari.

100 RATIO Est, quia † casus caducationis & prædecedentiæ est propriè vnus ex casibus, in quibus vulgaris substitutio viget & effectum sortitur impotentiæ scilicet. l. 2. de vulgari. l. ab omnibus. §. cũ quidã de lega. 1. vnde pręcedentia substituti primi, cum per eã hæres esse non potuerit & illius gradus caducatio non solum non obsistit secundo substituto, sed ei aditum vocationis aperit DD. cõmuniter in d. l. quamdiu. 3. de acq. hæredit. vbi Aret. dicit communem Guido Papæ decis. 550. Paul. cons. 152. vol. 1. quatuor casus distinguẽs quẽ refert & sequitur Socin. cõs. 52. num. 8. volum. 1. cui subscribit Corneus. consil. 298. volu. 3. Boerius. decis. 38. num. 21. Socin. Iun. cõsil. 181. num. 47. vol. 2. Paris. cons. 73. num. 28. in 3. Dec. cõs. 246. Zanc. in §. cum ita. numer. 27. & 28. & multi alij relati ab Osasco cõs. 74. num. 5.

TANDEM Nemo discrepat ab hac opinione dempto Polito teste Menoc. consil. 106. nu. 376. hanc † sententiam recte extendens ad vulgarem in compendiosa comprehensam. num. 375. ex Bal. cõsil. 170. volum. 5. quia quęlibet ex substitutionibus in compendiosa cõprehensis seruat naturam suam, vt infra deducam. 101

SECVNDVM Vero † in substitutionibus obliquis & fideicommissariis probant. l. vnica. §. pro secũdo. C. de caduc. tollen. dũ disponit caducata prima substitutione fideicommissum remanere penes primum grauatum cum eodem onere restituendi secũdo substituto, cum quo extitisset penes primum substitutum si successisset. 102

HANC Conclusionẽ † ex d. §. pro secundo. ex l. fideicommissa de legat. 1. ex l. Imperatores de legat. 2. & l. si legatarius. de legat. 3. docent Bart. & omnes in l. quãdiu. 3. de acquir. hæred. Bald. consil. 81. volum. 4. dicẽs per mortem primi substituti aperiri viam secundo. & consil. 279. volum. 1. & 464. libr. 2. Cuman. consil. 181. Paul. dict. consil. 152. volũ. 1. Soc. & Corneus vbi sup. Dec. consil. 427. nume. 10. & cõs. 238. n. 2. Paris. cons. 73. in 3. n. 10. & cons. 28. n. 38. lib. 2. Maria. Iun. consi. 42. n. 17. qui plures eiusdẽ opinionis authores refert Aym. cons. 295. nume. 1. & cons. 283. post principium versic. neque videtur. 103

Iaſ.conſil.148.dub.1.libr. 2. Curt. Iun.conſil.138.numer.2.Ruin.conſilio.53.numer.9. volum.2. Gabr. conſil.75.Menoch.variè extendēs conſil.106.numer.392.Zanc.in d. §.cum ita.numer.41. Oſaſcus cōſ. 74 numer. 9. vbi plures Theſaur. deciſ.Pedemont.86.numer.1. vbi plures citat.

104 CVIVS Opinionis † receptiſsimæ rationem retulit Ruinus conſil.99.numer.14. vol.2 dicens in pluribus ſubſtitutionibus obliquis verificata conditione primæ grauatū ex voluntate teſtantis non debere frui & potiri hæreditate,cū per fideicommiſſum iniunctū conſtet clariſsimè eam ab illo abdicare voluiſſe:ne igitur ex caducatione primi gradus per prædecedētiā primi ſubſtituti contra teſtantis voluntatem primus grauatus hęreditatem retineat, ſtatutum eſt, vt mortuo primo ſubſtituto lucrum, quod ſentit ex eius morte conſequatur cum eodem onere reſtituēdi ſecundo ſubſtituto, cum quo primus hæreditatem, ſi non obiiſſet fuiſſet conſequutus. Idem ſentit Ruinus licet non ita clarè conſ.96. volum.2.num.9.Zanc. vbi ſupra. nu. 48. etſi aliter rationem explicet Menoch.dict.conſilio 106.numer.392. vbi quod ſubſtitutio erga omnes videtur facta actiuè & paſſiuè,ſicq; vnuſquiſq; cenſetur vocatus & primus erga vltimum grauatus.

105 CVM Autem ſubſtitutio † cōpendioſa vulgarem & fideicommiſſarium comprehēdat (ommitto pupillarem , quæ non conuenit noſtro inſtituto) Bart.in l. Centurio.n.4.& 5.vbi omnes. de vulgari.Dec.in l.precibus. C.de impub. nu.8.& 16.Alex.conſ.13.volum.4. num.2.Soc.Iun.conſ.72.num. 45. 92.num.1.94.nume.26.153.nu.2. vol.1.Aym.cōſ.62.nu.3. Dec.cōſ. 416.Pariſ.conſil.17.nu.173. vol.1. Zanc.alios referēs vbi ſup. n.122.

ET Subſtitutiones † in cōpendioſa cōtentæ ſeruent naturā ſuam Decius.conſ.416.numer.10.Pariſ. conſil.73.nume.52.vol.3.Alciat.in l.cohęredi.in principio.ff.de vulg. Zanc. ſup. numer. 626. Menoch. vbi ſunt concordantes. conſil. 85. numer.101. 105

IDEM Receptum eſt in pluribus ſubſtitutionibus compendioſis,vt caducata priori non caducetur vltima.Bald.conſ. 149. libr.4. Paul.d.conſil.152.Dec.conſil. 238. num.2.Pariſ.d.conſil. 73. num.32. in 3.Soc.Iun.conſil.42.num.18.& 20.lib.1.Menochius plures referēs d.conſi.106.nume.390.aſſeuerans ex Aym.conſ.283. hūc caſum minus dubitationis habere,quam præcedētes,quoniam in illis vnus ſolus aditus eſt apertus ſecundo ſubſtituto ad ſuccedendum , iuxta ea quæ explicuimus. 107

IN Propoſito † vero duplex, quoniam ſi primus grauatus adiuit 108

uit hæreditatem eius intuitu expirauit vulgaris, vt aduertit Gabriel. dict.consl.95.nu. 1. Idcirco cũ euenerit casus fideicõmissariæ substitutionis caducato primo gradu substitutionis secũdus ex fideicõmissaria substitutione succedit, quia iuxta. §. pro secundo, hæreditas mansit cum eodem onere penes primum.

109 SVCCEDIT Etiam † ex secunda via, quia cum compẽdiosa secunda vulgarẽ contineat(quæ

110 † in fideicommissis fieri potest. l. vt hæredibus. de legat.2.l.si legata. C.de legatis.l.vnica.§.in primo, & §. sequ.C. de caduc. tollen. Corn. consil.44.numer.4.in 3. & 447. num.4.Socin.dict.consl.52.nu.67. 11.& 14.Dec.416.numer.5.Socin. Iun.consil. 122.numer.36.lib. 3.& consil.100.numer.16.in 3.& consl. 94.numer.34.& 39.in 1.& consil. 181.in 2.num.28.& 29.Ruin.cõsil. 92.numer.5.& consi.102.num. 10. in 2.Menoch.consil.85.numer.75. Zancus vbi supr.nume.24.Osasc. consil.74.numer.4. Portius. consl. 51.nu.5.) prædecedente primo substituto: & ita eius gradu caducato (ex capite impotentiæ, quòd est vnum ex capitibus substitutionis vulgaris) substitutus secundus succedit in lucum primi, & per hanc subrogationem vulgarẽ succedit per fideicõmissum ipsi primo grauato, vt omnes aiũt (licet Gabriel.

111 d.consl.95.hanc † substitutionẽ vulgarem anormalam & impropriam appellet cum iudicio). Quòd si primus nõ adiuisset, & secundus prædecesserit, sequẽs substitutus ex vera, & propria substitutione vulgari in compendiosa contenta hæreditatem consequeretur, vt omnes supra adducti aiunt, & clarissimè Zãcus aduertit supra num.44.

EX Quibus deprehenditur, quòd si fuissent verificatę cõditiones fideicõmissi iniũcti Contesinæ hæredi, & sic primo grauato, Caducationes primæ, & secundæ substitutionis de filiis & descẽdentibus masculis Catherinę, & Violãtis ob non natiuitatẽ illorum non solum nõ obstitissent substitutioni, & vocationi successiuæ dictorum quatuor fratrũ, & descendentiũ masculorũ illorũ, et sic nõ obstitissent dõ Christophoro descẽdenti à Ludouico, imo ex vulgari, & fideicõmissaria aditũ ad succedendũ illi aperuisse: supposito quòd istæ substitutiones mediæ sunt cõpendiosę sub cõmemoratione mortis, & deficientia descendentium conceptæ, vt infra declarabo.

NEQVE Obest † conditionũ defectus ascriptarũ vocationi, 112
& substitutioni dictorum quatuor fratrũ, & descendentium illorum, scilicet si filij, & descendentes Catherinæ, & Violantis morerentur sine filiis, quæ verificatæ non sunt, imo defecerunt, quia Catherina & Violans nunquam filios habuerunt, qui mori potuerint. Quoniam sicut gradus isti duo substitutionum caduci facti fuerunt:

ita & conditiones illis hærentes natiuitatis,& mortis.Paul.cōſ.152. col.2.Dec.517.nu.10. Maria.Iuni. 42.num.18.in 3.Bertran.conſi.23. Gabriel alios referēs conſ. 95.n.9. Antho.theſaur.deciſ.Pedemō.86. num.2.vbi plures citat.

E T Hoc modo Paulus ſupra docet,intelligi.§.pro ſecūdo dum diſponit caducato primo gradu remanere hæreditatē cùm eodē onere primi ſcilicet ſubſtituti penes primum grauatū:ergo ſubducta(in
113 quit) conditione illi adiecta(illa † enim nō eſt onus primi ſubſtituti, ſed fauor,& onus ſecūdi ſubſtituti docet Bar.in l.illis libertis.de cōd. & demōſt.& Areretinus dicēs clariſsimū. cōſ.1.nu.5.) ſubſtituti admittētur.Cū igitur cōditio adiecta primo gradui , ſeu primo hæredi per deficientiam deſcēdentię maſculinæ purificata extiterit ſecundū aduerſariorum ſententiam , caducatio ſubſtitutionis primæ,& ſecūdæ,& defectus conditionū illi hærens quatuor fratribus ſubſtitutis, & eorum deſcendentibus non obſiſtit: quominus hæreditatem don Chriſtophorus vnus ex eis conſequatur.

S E C V N D A, Et vltima ratio communis reſolutionis pro dō Chriſtophoro tradita ſupra vulgaris eſt,ſed illa vtuntur interpretes omnes ad eius confirmationē, vt illius præſidio eam ſecuriſsimè
114 tueantur. Aiunt namq; † fideicōmiſſa ex veriſimili mente teſtantis à coniecturis probabilibus deſumpta non ſolum de caſu ad caſum extendi.l.Gallus. §. & quid ſi tātum. l.Titius. §. Lutius.de liber. & poſthum.l.qui ventri.de vētre inſpiciendo.l.fin.C.de poſthum.hęred. inſtit. l. fin. C. de inſtitutionibus, quàm multum contra nos pro aduerſario vrgere aiūt : verumetiam induci,quòd fortius eſt.l.vnum ex familia.§.ſi rem.l.pen.§.fin. de legatis 2.l.fideicommiſſa.§.hæc verba.de legat.3.

R A T I O Eſt. Quoniam finis, † qui eſt mens,& voluntas,me 115
diis,quæ ſunt verba , potior debet eſſe, vt Menochius aduertit cōſil. 95.nume.49.vtiq. enim vt Cicero elegāter in oratione pro Aulo Cecina inquit,quamuis locum nō referat Māt.de cōiect.lib.3.tit.3.n.1. ſi voluntas tacitis nobis intelligi poſſet verbis non vteremur, ſed quia non poteſt,verba inuēta ſunt, non quæ impedirent,ſed quæ indicarent voluntatem.

Q V O T I E S Igitur † illa 116
deprehenditur ex coniecturis debet eſſe metrum , & menſura ad reſpondendum de iure. Fortunius in §. & quid ſi tantum. numer.53. & ex ea inducendum , & extendendum fideicommiſſum de vno caſu ad alium , vt per ſupra adducta iura docent omnes in dict.§.& quid ſi tantū.Bart. in l.pater. §.fundum. de legat.3.& in l.1.de vulg. num.13.

nume. 13. vbi Iason num. 28. Curt. Iun. 121. num. 17. & 20. Soc. Iun. 1. in 3. num. 8. & 180. numer. 28. in 3. Dec. 127. num. 10. Ias. 154. volu. 4. col. pen. Paris. 30. nu. 3. in 2. Tiber. 42. num. 2. in 3. Christ. Portius. 40. num. 23. Rust. consil. 1. num. 17.

117 ID Vero † procedit, etiãsi verba aliquantulum offendantur. Roland. consil. 70. nu. 54. in 3. pulchre Gratus consil. 5. num. 1. 13. 83. dicẽs hoc ab omnibus legendo, & consulendo esse receptum, quorũ numerum veluti densam siluam prætermisit. latè Zancus in §. cum ita. numero 133.

118 ETSI Igitur † substitutio dictorum quatuor fratrum, & sic Ludouici Muñoz, & descendentium, de quorum numero est don Christophorus aduersarius facta fuerit in casum natiuitatis, & mortis filiorum, & descendentium masculorum Catherinæ, & Violantis, ex mente Ramiri testantis protendenda est ad casum, quo nulli liberi nati sunt, quia nihil verisimilius excogitari potest, quàm quòd Ramirus, qui substitutionem fecit in casum natiuitatis, & mortis substitutionem vigere, & subsistere voluit, multo fortius in casu nõ natiuitatis sicuti asseuerant omnes supra adducti pro hac sentẽtia, quos referunt Tiber. Dec. cons. omniũ primo Crassus de successionibus. §. substitutio. q. 80. num. 6. Simon de Pret. lib. 3. sol. 3. num. 79. fol. 60. Marzarius in epith. q. 13. Sforcia de compendiosa. par. 5. art. 1. q. 1. latissimè Mantica multos referens, & communem dicens lib. 11. tit. 6. à num. 1.

NON Solum † autẽ verisimilis Ramiri testantis mens ex materia simplicis dispositionis colligitur, sed ex aliis pluribus in testamẽto descriptis, veluti ex pluribus substitutionum gradibus, ex prælatione masculorũ, ex delatione nominis, & armorum, ex prohibitione de non alienando, & aliis, quæ manifeste inducant testantis mentem eam fuisse, vt bona in familia conseruarentur, quod cum citra ius, & nomen fideicommissi perpetui gradualis fieri non possit. Idcirco nõ attentis caducationibus substitionum, & cõditionum defectibus fideicommissum protendendum, & conseruandum est. Paris. consil. 343. in 1. Cur. Iun. cons. 121. numer. 15. Aym. consil. fin. volu. 2. Menoch. consil. 85. num. 21. & alij pleriq; 119

SICVT Enim † substitutio facta alicui sine filiis decedẽti protenditur cõtra receptã sententiam Oldradi cõsil. 21. supra relatam ad casum, quo decesserit cum filiis, si illi postea deficiãt, ex superioribus coniecturis ex mente desumptis, scilicet á pluribus substitutionum gradibus, à masculorum prælatione, à delatione armorum, & aliis supra relatis, iuxta notata a 120

Socino

Socino consil.240.num.4. vol. 2. Curt.d.consf.121.num.15. Aym. d. consil.98.nu.1.& consil.818.nu.10. & consil.935.nume.11.Maria. Iun. consil.1.num.20.vol.3.Ruin.cõsil. 143.nume.7. vol.3.Parisf.consil.4. vol.2.Crotus consil.58.& dicã copiosius in 3.part.

121 I T A In cõtrario casu † fideicommissum iniunctum alicui, si cũ liberis moriatur, & filij decedãt ex eisdem cõiecturis, & mente ab eis desumpta protendendum est contra Oldradi consilium 177.ad casum, quo nulli filij nati extiterint, vt volunt ij qui aduersus Oldradũ pro communi sententia afferuntur à Mantica & aliis vbi supra præsertim Soc.Iun. id punctim considerans consil.181.nu.36.& 55.versic. tertio principaliter, & nu.36.vol.2. Dec.consil.227.num.9. & 10.123. nu.9. versic. tertia ratio.& nu.10. 11.& 12.post Ioannem Andræam ad speculũ in rub.de testam.versic. sub hoc titulo.& rubr.de succesio nibus abintestato. Ruin. 139.in 1. nu.17.Parisf.54.nu.51. & consf. 77. num.14.in 2.& deniq; omnes initio relati.

122 E T Hæc ratio † cùm sit vnica, pro expressa haberi debet glosf.in l. quàuis.C.de fideicom.cum vulga. & in omnes casus vniformiter influit, eosq. cõprehendit, adeo vt sine extensione dicendũ sit, substitutionem vno casu factam alium cõprehẽdere, egregiè Osasc. cõsf.74. num.12.versic.præterea. cum seq. Cephal.consil.649.num.16. & 17. in nostris terminis loquẽs.& Osasf. deducit pro confirmatione vulgare assumptũ.l.tale pactũ, & omnes supra relati.

E T His duabus rationibus circumscribuntur omnia ea, quę latissimo sermone afferuntur ab interpretibus hanc sententiam defendẽtibus: quoniam tuentur eam ex extensione à verisimili mente deducta, & à communi Bart. opinione. in l.quamdiu.3.de adquir.hęredit. supra exposita.

CONSIDERAVI Altius quantum potui animo vim, & neruum harum rationum, & omnium quæ in hoc articulo pro don Christophoro aduersario ab interpretibus afferuntur; & (vt verũ fatear) tenuerunt me aliquantulũ suspensum, sed tandem † contrariæ rationes, tanquam veriores, & vrgentio 123
res, & contrariæ authoritates interpretum, neque numero, neque authoritate relatis inferiores ad dicẽdum pro admodum illustri dõ Garsia de Villalpando animum meum vehementisſimè impulerũt, cuius iustitiæ tuẽdæ causa inferiores authoritates, iura, & rationes constituã, vt ex eis clarisſimè deprehẽda tur substitutiones dictorũ quatuor fratrũ, & illorũ descendentiũ masculorũ factas in casum natiuitatis, & mortis filiorũ Catherinę, & Violantis de Funes, illis non natis penitus defecisse, & periisse.

I N I-

124 INITIVM Vt ab authoritate † grauissimorum hominum summam, hanc sententiam tenuit eloquentium iurisperitissimus, & iurisperitorum eloquentissimus, & summę authoritatis vir Quintus Mutius Scęuola Pōtifex maximus, cuius oratio aduersus Crassum in causa M. Curij Coponij clarissima fuit, & in ea docuit populo, quam captiosum sit, négligi quòd scriptū esset, & opinione quæri volūtates, & interpretatione disertorum, simplicium testatorum dicta peruertere, & multa alia, prętèr patris authoritatem eandem causam defendentis, tam peritè, scienter, præssè, & ornatè dixit, vt nemo in populo fuerit, qui fieri posse quicquam melius putaret, vt in eius vita scribit Bernardus Rutilius de vitis Iurisconsult. Deniq; hæc sententia Mutij cōmūni populi Romani consensu approbata extitit, quáuis sententia aduersus eam lata fuerit pro Crasso, sicut plerumq; contingere
125 solet, vt iustitiā fouētes, † ob ipsorum reatus, & crimina, vel iudicū, vel patronorum culpa, vel Dei nutū causam amittāt iuxta illud Regū lib. 2. c. 17. ibi. Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus super Absalon malum.

126 SENTENTIAM † Itaque Mutij vt veriorē sequitur Oldradus consil. 177. & in fortiori casu consil. 142. Ioann. Andrę. in additionibus Speculi titu. de testamentis. §. in primis. additione magna. versicul. occurrat Alber. in l. precibus. C. de impuber. numer. 44. Fulgos. consil. 49. Signor. consil. 199. numer. 2. Paul. consil. 259. numer. 1. volum. 1 Ancharra. consil. 356. numer. 3. Angel. consil. 93. Roma. in l. quamdiu. numer. 27. de acquiren. hæredit. Alexand. consil. 139. volum. 6. numer. 4. Socin. 76. numer. 3. & consil. 140. numer. 9. in 1. & consil. 259. nu. 3. volum. 2. Corn. consi. 276. num. 6. in 3. & consil. 298. subscriptione. 2. volūm. 3. & dict. consil. 199. nume. 32. volum. 1. idem probat Decius consil. 238. Mar. Socin. Iun. consil. 169. numer. 6. volum. 2. Ruin. cōs. 96. numer. 18. & consil. 104. nu. 5. & consil. 172. numer. 4. & consil. 175. numer. 5. volum. 2. & consil. 4. nume. 5. volum. 3 & cum eo Paris. consil. 74. numer. 9. lib. 3. idē Ruin. in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 6. Alcia. egregie. consil. 44. num. 20. & consil. 46. lib. 9. dicens Ruinum pluries ita obtinuisse, & negari nō posse, quin dictum illud sit cōmuniter approbatum, & ab eo iniudicādo nō esse recedēdum, & quáuis (inquit) aliqui contradicant, nō tamen vbi nullus filius natus est, vt in proposito. Idem docent, & sequuntur idem Alciatus dicens cōmunem consil. 38. nume. 40. lib. 9. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. 2. lect. num. 25. de liber. & posthu. Ripa in l. 1. num. 96. vbi copiose de

vulga.subſtit.ff.Crotus in l.Gallus §.& quid ſi tantum.numer. 92.de libe.& poſthu. Felin.in c. trãſlato. num.10.verſi.ſed prædictæ de conſtit. Viglius in §.primo,verbo ipſi. Inſtit.de vulgari ſubſtitutione. Benedict.in c.Rainũtius.verb. ſi abſque liberis moreretur.num.39. de teſtament.extra,Rebuff.conſ.182. num.40.Natta.conſil.567. nu.10. Rimin.Iun.conſi.110.num.19.ſed latiſſimè eandem ſententiam egregiè defendit Cepha.videndus.conſil.649.per integrum conſilium decem rationes pro ea conficiens, & contraria optimè diluens,&eandẽ ſequitur & tuetur fulgentiſſimum Italiæ ſidus immaculatæ conſcientiæ & ſummæ ſapientiæ teſte Pedrocha,conſi.1.num.309.& conſi. 3.nu.150.& conſi.7.nu.209.tuetur inquam,Menoch.conſi.171.per totum contrariis reſpondens,& hãc ſententiam diligentiſſimo, accurato q.ſtudio amplectens,vt ipſe aſſeuerat.nu.7.verſ. ratio tamen ipſa. Idem Menochius egregiè & latè omnia reſoluens conſi. 243. num. 7.vſque in finem,& tandem nouiſſime conſi.326.num.13. cum multis ſequentibus vol.4.eandem ſententiam cũ ſuperioribus tenet magis communem illam dicens aduerſus aliam communem Burſat. conſi.16.numer.22.vol.1. & ex antiquorum & modernorum ſententia cõmunẽ etiã profitetur Gabr. cõſi.95.nũ.21.vol.1.& ex profeſſo latè diſputat,& idẽ reſoluit cõtraria diluens Oſaſc.conſil.74.

EX quibus verè deprehenditur hanc ſententiam contra Manticam Tiberium & alios initio huius ſecundæ partis relatos magis communem eſſe,quæ duodecim vrgẽtiſſimis fundamentis ſequentibus confirmatur,& conſtabilitur.

PRIMO † prçter omnes ſcribentes hanc quæſtionem, & articulum tractantes expendo communiorem hanc ſententiam Oldradi conſi.117.vrgentiſſimè confirmari ex altera communiori, & receptiori ſententia Oldradi conſi.21.præmittendo prius conditiones, † ſi morientur Catherina, & Violans, & eius filij,& deſcẽdentes maſculi ſine filiis,habere implicitam cõditionem in neceſſarium antecedens,ſcilicet ſi illos habebunt, vt probat eleganter Cephalus.d.cõſ. 649.num.2. De his autem † conditionibus affirmatiuis, & negatiuis,ſi filios habebunt, vel de contraria,ſi filios non habebunt, vel de illa ſi cum filiis deceſſerint, vel de cõtraria,ſi ſine eis obirent, promiſcuè interpretes & vniformiter ſcribũt quia quoad ſuſpẽſionẽ diſpoſitionis,quoad vſq. verificẽtur, & quoad eius perẽptionẽ illis deficiẽtibus vniformes ſunt, vt cõſtat ex Socin.in l.ſolemus.nu.4.de cõdit.Iaſſon.nu.11. in l. ſi quis hæredem.C.de inſtitutionibus, & in l.in ſubſtitutione colum. penulti. verſi.quid tenendum, de vulgari. Deci. conſil. 480. numer.octauo, & 585.

127 128 129

& 585. in fine, & alij plures quos initio retuli.

130 QVIBVS sic † suppositis Oldradus consi. 21. inquit, substitutionem factam sub conditione, si quis filios non habeat, vel sub conditione, si sine filiis decedat, expirare habitis filiis, quamuis illi cõtinuo decedant, & quamuis verisimilis testantis mens clarè repugnet, quia si substituit in casu, quo quis sine filiis decedat, interrogatus verisimiliter respondisset, velle substitutionem durare, casu quo decessisset cum filiis si continuo morerentur vt aduertit Decius consil. 291. numer. 6. 218. numer. 3. 99. numer. 8. & infiniti qui Oldradum sequuntur. Veruntamen non obstante hac verisimili mente substitutio facta sub conditione negatiua, si filios non habebit, vel si sine filijs decesserit, non protenditur ad casum contrarium, quo cũ filijs decedat, licet continuo moriantur, sed expirat ex sententia Oldradi d. consil. 21. receptissimo vt constat ex infinitis relatis a Tiraquello. in l. si vnquam. verbo susceperit. numero 127. Gabri. conclus. 8. de testamen. numer. 6. Molina de Primogenijs Hispan. libr. 1. cap. 6. numero 19. Zanc. in §. cum ita 7. parte. numero 42. Couaru. in cap. Rainaldus. numero 3. de testamen. Simon de Pret. lib. 3. interpret. 3. dub. 2. sol 2. num. 13. Ant. Thesau. decis. 248. num. 9. Manti. lib. 11. tit. 6. numero 6. Menoc. Burs. Cepha. Honded. & plures alij referendi in initio. 3. partis huius responsi.

CVM igitur † substitutio facta sub conditione negatiua si filios non habebit, expiret habitis semel filijs, quamuis continuò moriantur, non obstante verisimili mente, & hanc sententiam sequantur omnes, nullo dempto. A fortiori in casu, & hyppothesi nostra substitutiones dictorum quatuor fratrum, & descendentium factæ sub conditione affirmatiua, si filios habebunt Catherina, & Violans, & illi & descendentes eorum masculi morientur, defecerunt nullis natis vnquam filijs, non obstante verisimili mente. Nulla enim ratio reddi potest: cur consilium Oldradi 21. verum, & communiter receptum sit: & consilium eiusdem Oldradi 177. non sit. Sicq. omnes qui illum sequuntur nuper relati in versi. initium magis communẽ sententiam contra Mãtic. Tiber. & alios efficiunt, vt prædixi. 131

IMO rectè, & cùm iuditio expendẽdo, magis verum, veritatiq. consonum dicere oportet consilium 177. quàm consilium 21. cum expendi possit differentiæ ratio, cur natis filijs grauamen, & vincula constituerit Ramirus testator, illis verò non natis fideicommissum non iniunxerit, quàm sentit Alciatus consi. 44. lib. 9. n. 31. post Soc. Iun. consi. 42. n. 31. vol. 1. 132

133 E T ita † mirificè præter omnes comprobatur cõsilium Oldradi.177.magis communiter receptum(vt dixi)ex ipso Oldrado communiter recepto consi.21.licèt nemo in hanc rem pro illius confirmatione consil.21. expendat, idq. cum memoria repeto,vehementissimè in admirationem rapior,quo spiritu ducti Marzarius, Mantica, Pretis,Tiber.Crassus.& cęteri pro contraria parte initio adducti sequantur, & sine vlla dubitatione vniformiter & communiter recipiant decis.Oldr.cons.21.& aduersentur & improbent consilium illius.177. Cùm constet ex superioribus rationem improbandi, vel admittendi vtrumq. consilium vnam,& eandem esse, propter vniformitatem,& æqualem vim conditionis negatiuæ,si filios non habuerit,& affirmatiuæ, si filios habuerit. Et quando subesset aliqua ratio diuersitatis,eam magis vrgere pro cõfirmatione Oldr.cõs.177 vt ex Alcia.& Soci.Iun. nuper aduertimus.

134 E X quibus† omnibus clarè,& verè deducitur,hanc magis communé opinioné,quá nos in fauoré dicti consilij Oldr.177.selegimus, verissimá esse,& nó solú cõfirmari ex numero authorũ,quos pro eius cõfirmatione retulimus efficiété eá magis cõmuné, sed ex cõtrariis,qui cũ sequátur Oldr. cõsi. 21. improbare non possunt sine verecundia Oldr.consil.177.

SECVNDO nostra sententia aduersus priorem non solum confirmatur,sed efficacissimè probatur ex l. cómodissime. de liber. & posthu.iuxta inductionem Socini consil.259.nume.3.vol.2.dicentis,si in l. commodissimè. institutio, † quæ est fauorabilis facta de 135 posthumo nascituro in vita non protenditur ad natum post morté, nec è contra , etiam fauore testamenti conseruandi: quantominus substitutio fideicommissaria,facta filiis nasciturís protendetur ad casum quo filij nati non sunt. Meno. 171.nu.8.& 9.videndus.

M A I O R enim † est dissimilitudo inter nasci,& non nasci, quo 136 niam hi casus non tantum dissimiles , sed oppositi , & contrarij sunt (vt infra deducá) quàm inter nasci in vita testatoris , vel post mortem. Quia in hoc vltimo casu similitudo casuum est in natiuitate, & ita in substantia,diuersitas vero solum consistit in qualitate , scilicet in tempore nascendi, primô verò, & sic in nostro casu dissimilitudo, & contrarietas consistit in substantia,& ita in toto , quia ab ente ad non ens nulla potest esse similitudo.Cum igitur in d. l.commodissimè de vno casu ad alium non admittatur extensio vrgentius multo deneganda est in proposito.

E T ita subtiliter, † & verè pó 137 derat hunc textum Socin.ibi. & d. consi.259.num.3.volu.2. Anchar. consi.356.colum.2.versi.2. Osasc. consi.

consi.74.num.31. Cephal. consil. 649.num.70.vbi sunt concord.la tè Menoch.consi.326.a num.7. videndus,quoniam impugnat solutiones ad hunc textum ab aliquibus interpretibus adductas, idem Menochius.consil.171.nu.16.

TERTIO superior opinio nostra probatur & cõfirmatur vulgari sed vrgentissima ratione, quoniam dicti quatuor fratres, & sic Ludouicus & descendentes masculi ex eis, & sic don Christophorus aduersarius substituti fuerunt sub conditione expressa, si Catherina & Violans & eius filij & descencentes masculi morerentur sine filiis, quæ conditio mortis expressa habet in se in necessariũ antecedens aliam implicitam sibi cohærentem natiuitatis filiorum dictarum duarum sororum cum mo-
138 ri † non possint qui nati nõ sunt. glos.l.qui duos.§.1.verbo vitæ. de manumiss.testam.Bal.in l.fin. in fine principij C. de bonis quæ liberis. Pau. per textũ ibi in l.peculiũ. §.fin.de lega.2.Cagnol.in l. fin.C. de pact.num.187.

ET idem etiam docent in terminis nostris Oldradi sententiam sequendo Alc.consi.44. num.30. lib.9.Cephal.consi,649.num.62. Menoch.consi.326.nu.10 & multi relati ab eis,& Osas. consil. 74. num.16.& 26. qui precor videantur,quoniam variè diffusè & eruditè hoc ratione & aliis tuentur ex professo Oldradi sententiam quã sequuntur.

SED vtraq. † conditio defe- 139
cit,quia filij Catherinæ,& Violantis nunquam fuerunt nati,& ex cõsequenti,illi & eorum descendentes mori non potuerunt,ergo substitutio dictorum quatuor fratrũ, & descendentium illorum, & sic don Christophori aduersarij penitus defecit deficiẽtibus scilicet cõditionibus,sub quibus facta fuit. l. vnica.C.de caduc.tol.cum vulga. & in terminis pro confirmatione Oldradi ita egregiè expẽdunt præter omnes,qui eum sequuntur Menoch.Alcia.Cepha.Osascus nuper relati.

HÆC vero † ratio ex rigore 140
literæ, & ex mente substitutiones perimit.Primumprobatur,quoniã conditione non purificata substitutio ex rigore literæ pro nõ scripta, & substituti pro non substitutis habentur,quia in casu deficientis cõditionis,scilicet non natiuitatis filiorum Catherinę,& Violãtis,verè,& realiter non est scripta substitutio dictorum quatuor fratrum, & descendentium eorum in testamẽto Remiri,neq. substituti eo casu legi possunt, aut nominati sunt in præfato testamento Paul. in l. si pecuniam.vbi Soci.Iass. nume. 4. Dec.numer.4.de reb. cred. Idem Paul.consi.292.volum.1.Bertran. consil.18.nume.2. in primo multĩ relati ab Aym.consi.62.num. 1.&

a Zanco.in §.cum ita.nnm. 7.latè Cepha.consi.17.numer. 6. & 279. numer.2.

141 PARIA † enim sunt substitutionem non fieri, vel fieri sub cõditione non purificata. l. necessario.versi.si pendente. de peric. rei vend.DD.in d.l.si pecuniam.Soci. Iun.consi.112.num.6.volum..1.& 4.num.16.& 180.num. 40. volu. 2.Plotus consi.19.num.26.Rippa. lib.1.respon.c.2.n. 23.Roland.cõs. 58.in 3. Cagnol.in regula in omnibus.ff.de reg. iur. 28. Osas. decis. 50.num.12.Pedroc.consi.1.nume. 157. post. magnum textualistam, Signor.consil.217.vol.1. & in terminis hac ratione vtuntur tuendo Oldradum,Cephalus. numer. 20. Alcia.num.30.Osasc. latè numer. 16.& 26.Menoch. num. 10. in dictis quatuor eruditissimis consiliis repetitis & sepenumero repetendis.

142 SECVNDVM † verò clarissimè probatur,substitutionem néпe prædictam non solum ex rigore literæ,sed & ex mente dicti Remirij testantis periisse,quoniam substitutionem anteactam sub prædictis conditionibus faciendo, eius mentis, & voluntatis fuisse creditur, vt illis non adimpletis, & ita sub contrariis conditionibus substitutioné ademisse videatur, vulgatis iuribus, & Alexan. Raudens. consi.21.num. 239. Surdus consil. 129.n.36.& cons.133.n.27. & cõsi. 143.n.44.Et in terminis Old.tuédo hoc arguméti genere vtitur Cepha.cons.649.n.18.& 20.

QVARTO hæc sententia vrgenter confirmatur, quoniam etsi interpretes soleant profiteri fideicõmissa ex variis coniecturis protendi posse de vno casu ad aliú, vt superius retuli,id tamen inficiátur vnanimiter omnes in conditionibus † voluntariis.Quoniam illę ru- 143
diter,vt conceptæ sunt, implendæ sunt, adeò vt ex verisimili mente protendi nequeant,eis non verificatis,vt probat ineuitabiliter.l.Meuius & l.qui hæredi.C.de condi. & demons.Quid enim ibi magis interrerat testantis,vt conditio implere tur dando seruo,quam dando domino?nil certe,cùm perinde acquiratur domino vno casu, quá alio. Et propterea cum effectus vniuscuiusq.donationis, & præstationis esset vnus, & idem, vterq. similis erat, vt ex verisimili testantis mente idem iudicium faciendum esset de vtroq.casu,quoad implementú conditionis.Et tamen iurisconsultus contrarium decernit,quoniam conditio dandi fuit voluntaria quę extensioné etiá a verisimili,& idétitate rationis non admittit.Bar.& omnes.in §.& quid si tantú. n.3.& 27.Ias.161.nu.27.Soc.7.Crot. 20. Rui.16.& 18.Galiau.19.Fortu. 62. & Sarmié.ibi.n.10.12.13.14.dicés singulare & ab hac semita nó esse recedédú.Soc.post alios. in l.1. de vulgari.n.14.vbi Rip.nu.95.& 97. post alios Alex.cõs.omniú.1.n. 15. Soc.Sen.76.n.6.& in 3.Dec.cõs.11 n.19.& cons.77.n.4.2 18.n.10.223 n.10.

n.12.Soc.Iun.106.num.23.in 1. & 169.n.12.in 2.Gratus.11.nu. 10.in 2.Rui.199.num.1. in 1. Curt. Iun. 88.nu.6.Parif.20.nu.19. in 3. Alc. conf.492.n.17.& 494.Rol.56. n. 22.in 3. & relati a Meno.conf.243 nu.15.& 16.vbi rationem adducit, & de mente omnium aduertit Rimi.Senior.conf.133. & est communis opinio cum Bar.Soc.confi.5.n. 5.in 3.Rolan.conf.59.nu.20.& 34. vsq. ad 40. vol.3.Bologn. cõf. 15. nu.39.& conf.10. nu. 9. Pretis vbi sunt concor.lib.2.dub.3. fol.3. nu. 133.& 155.fol.150. Honded. consil. 60.nu.27.Sarmien.lib.2. Select.c. 1.numer.12.

144 ET in terminis † hac ratione tuentur & confirmant Oldra. d. confi.177.Bursatus.conf.19. num. 20. & intrepide Menoch. consil. 171.& confi.326.nume.10.Alciat. confi.44.lib.9. numer.30.Osas.d. confi.78.num.22.23.24.& 25. Cepha.confi.649.num. 22. vbi citat in terminis Ancharr.cõfi.357. col. 2.versi.quarto confirmatur,quem sequitur & trãscribit al literam Benedictus in c.Raynuntius.verbo si absq.liberis.2.nu.39. Ruin. consil. 4.num.4.in 3.Paris.74.numer. 6. in tertio.

145 ET præter †.l.meuius. & l. qui hæredi.quæ expresissimè probant ex verisimili mente extensionem in conditionibus voluntariis nequaquam admitti aduersus omnes qui contrarium minus cordatè, & prudenter profitentur,extat in cõfirmationem celebre,& receptissimum exemplum glosæ magnæ. in l.vnica de his qui ante apert.tabul. vbi etsi verisimiliter testator interrogatus idem respondisset in casu, qui euenit,quod constituit in casu, in quo expresse disposuit,veruntamen omnes cõtrarium asseuerãt, cum glosa,propterea quod in conditionibus volũtariis ex verissimili mẽte extensio non admittitur,sequuntur glosam magnam ibi Bal. nu.1. Paul.in l. ab omnibus. num. 4.de lega.1. Alciatus.confi.81. nu. 10. Tiraquel.ad leges connubiales glosa.7.num.47.

SED vrgentius † multò confirmatur ex præfato confi.Oldradi 146
21. ex verisimili enim mente, ibi protendenda esset dispositio facta sub conditione,si decesserit sine filiis ad casum quo nati essent & cõtinuò morerentur, verũtamẽ quia conditio voluntaria est,contrariũ omnes vnanimi consensu decernunt,vt ostendi supra & punctim in terminis aduertunt Dec.consil. 99.num.3.& confi.287. numer.7. versi.sed supradictis.cõfi. 218. nu. 3.& 291.nume.6.ante versiculum his præmissis & 377.num.2.Bursatus confi.51.numer. 24. & infiniti qui Oldradum cõsil.21.sequuntur supra relati & infra referendi in principio tertiæ partis.

EAM † vero dicunt omnẽs cõ 147
ditionem necessariam,quæ a iure, vel natura necessaria est,vt impleatur ad effectũ dispositionis, nõ vero quæ a testantis impositione,vel sublatione dependet Bal.in l. vxori vsum

ri vsumfructú.n.2.de vsufruct.leg. idé Bal.n.2.in d.§.& quid si tantú. vbi Marc.Salon.n.47.Cost.5.part. n.102.Sarm.n.9.& nu.101.Soc. in l.1.de vulg.n.14.vbi omnes.Natta cós.662.n.1.Dici enim non potest códitio necessaria,sed voluntaria, quâm adiicere, & amouere liberè poterat testator.

148 SED Códitio † ascripta substitutioni prędictorum quatuor fratrú,& don Christori aduersarij natiuitatis,& mortis filiorú Catheritinę,& Violátis de Funes volútaria est.Ná quoad substitutioné fideicómissariá est indubiú; & quoad vulgaré,licet códitio, si moriantur, sit necessaria,quia cótinet vnú casum cóprehensis in vulgari,impotétiæ,scilicet: Veruntamé códitio implicita illi cohærés in necessarium antecedens scilicet,si nascátur, est etiá voluntaria, quoad vulgarem, Angel.cós.93.qué sequitur Socin. cons.259.col.4.lib.2. idé Soc. in l. 1.de vulgari.8.limit.n.14.& elegátissimè in terminis nostris tuendo Oldr.Ceph.egregie.d.cons.649. â n.58.& Men.d.cós.316.n.11. & 12.

149 EX Quibus † verissimè deducitur ex cóiecturis,& verisimili méte substitutionem factá,sub conditione natiuitatis, & mortis ad casum non natiuitatis protendi non posse, sicuti elegantissimè docent Ang.d.cons.93.Soc.optimè consil. 259.n.3.vol.2.& in l.1.de vulgari. num.14.limit.8.& ibi Ripa.nu.96. & egregiè idem Socin. consil.140. nu.9.vol.1.& consil.76.nu.6.& 7. vol.3.Ancha.pulchre cós.359.n.5. & Dec.cum sequutus cons.89.n.3.

ET Eandem sententiá sequuntur Oldradum tuendo. d. consil. 177.Corneus consil.276.in 3.n.6. & Gabriel cós.95.n. 6.pulchre Alciat.d.cons.44.n.30.lib.9.elegantissimè,&difusse Ceph.d.cós.649. n.58.dicens ex hac ratione inextendibilem esse hanc substitutioné ad casum non natiuitatis,optimè Menoch.d.cons.171.& cons.243.n.13. & cons.326.n.10. & seq.in quibus omnibus consiliis Oldradú ita tuétur,& pulcherrime Osasc.d.consil. 74.nu.23.& 24. qui omnes profitentur substitutionem factam in casum natiuitatis,& mortis ad casum non natiuitatis minime protendí posse,quia conditio volútaria est.

QVINTO Confirmatur egregie superior opinio nostra,quoniá etsi † parú caute interpretes ali- 150
qui extensionem admittát de vno casu ad alium, ex verisimili mente. Quòd axioma perplexum adeo est,vt nulla certa doctrina colligí ex variis interpretú traditionibus possit Sarmiento libr. 2. selectarum.c.1. numer. 22. Quesad. libr. quæst.iur. q. 32. numer.27. Angusola.consil.54.volum.2.numer.6. Mantic.de coniectur.lib.11.tit.16. Burg.vbi plura.consil.32. num.16. & infiniti alij. Veruntamen † id 151
procedere posset de vno casu simili ad alium similem quoad mentem, verba, & effectum.

Bart.

Bart.in d.§.& quid si tantum.n.12. & ibi omnes.Ripa.in l.1.de vulgari.numer.93. Menoch.consil. 243. num.12.& 13.& consil.326.nu.43.

152 Nunquam tamen † etiam ex rationis identitate, & verisimili mente admittenda est extensio de vno casu ad alium dissimilem, & penitus oppositum.Bar.in d.§. & quid si tá tum. communiter receptus teste Iasone ibi.numer.43.Soc.76.nu.5. in 3.Rim.Sen.consil.119.num. 34. & consil.183.num.16. volu.1. Marian.Iun.106.num.26. volu.1.latè Alcia.libr.3.de verborum signific. numer.13.& 14.Veroi. in c. Rain. n.331.de testam. Tiber. Decian.có sil.2.numer.61.& seqq.in 2. & de communi Ioan. Botta. consil. 50. numer.35.& 37.Bursatus vbi sunt concordantes consil.51.num.24.

HIS Ego addo Angelum in l. quamdiu.de acquir. hæred. dicen-

153 tem,substitutionem † vulgarem factam in casu impotentiæ bene extendi ad casum noluntatis,& è cótra,quia conditio est necessaria ad vulgarem,non voluntaria.Veruntamen facta in vno indiuiduo ex speciebus contentis in vulgari,veluti si me viuo decedat,extendi nó posse ad casum penitus oppositú, si decedat mortuo testatore: idem Angelus in l.pater filium. de vulgari per eum textum , & in l. 1. de vulgari. per l. si ita quis. & per l.si mater.§.1.de vulgari.

154 ET Quamuis exemplum † Angeli damnent aliqui ex interpretibus : quoniam quodcumque indiuiduum in vulgari comprehensum , cùm sit conditio necessaria, extensionem videtur admittere: veruntamen in conditione voluntaria omnes illius decisionem verissimam dicút. Latè Roman.in d. l. quamdiu. Socin. dict.consi. 76. numer.5.& dict.consil.14.num.9. Socin.Iun.dict. consil.106. nu.26. Alex.d.consil.1.nume.15.& Rimin. Sen.119.num.34.vol.1.

ET In fortiori casu in compédiosa in vno casu concepta , quòd locum non habeat, neque protédi possit , neque quoad fideicommissariam, neque quoad vulgaré cóprehensam in ea ad casum contrariú,& oppositú ipsi expresso asseuerat Zácus.in d.§.cú ita n.64. videndus.

HÆC Autem † sententia cá 155
sui nostro,& confirmationi nostræ opinionis cóferentissima est, cùm substitutiones istæ factæ sub conditione natiuitatis,& mortis compendiosæ sint. Ergo neque quoad fideicommissariam , neque quoad compendiosam comprehensas in ea protendendæ sunt ad casum nó natiuitatis. Cum casus natiuitatis, & non natiuitatis,non solum dissimiles sint, sed penitus contrarij,& oppositi.Soc.d.consl.76.n.5 & cós. 140.n.9.vol.1.vbi latè & cons.259. lib.2.col.4.Rim.Sen.d.consil.119. num.34.Ang.d.consi.93. Soc.Iun.

consil.106.num.26. in 1. & in terminis nostris ad fauorem Oldradi Cephalus.dict.con.649. num.64. & Osasc.d.consil.74.num.22. Alcia.Menoc.& sup.relati.

SEXTO Non minus vere & vrgenter, quam in superioribus feci, confirmatur hæc opinio ex receptissima sententia interpretũ inter se inuicem dimicantium circa extensionem substitutionis præsertim fideicōmissariæ. Etsi enim circa extensionem illius de casu ad casum variæ opiniones existant. Ve-
156 runtamen † de persona ad personā vnanimi consensu extensionē fieri posse inficiantur. Textus apertissimus. in l.si quis ita.de testam.tutel. quæ probat dispositionem fauorabilissimam, dationem nempe tutelæ continentem, de persona ad personam minime protendi. Ergo dispositio odiosa, quæ fideicōmissum continet impossibilius multo protendetur. Aretinus primus omniũ in l.Gallus.§.& quid si tantũ.col.3. versic.secundo, quod maxime, vbi Iason 2.lect.nu.14.Bolog. nu. 97. & 100.& omnes de liber.& posth. Imola.in l.cōmodissime.nume.2. eod.tit.Dec.consil.22.num.5. 218. num.9.221.num.6.294.numer.8. 377.num.3.445.num.6.& in l.illā numer.11.de collation. Mar. Iuni. consil.20.num.34.volum.3. Curt. Iun.113.numer.10.Ruin. consil.31. numer.5.Gozad.59. num.4. Aym. 98.numer.13.& consi.161.num.11. Soc.Iun.consil.129.num. 8.33.34. volu.2.Alcia.lib.3.de verbor. signi. numer.7.& 8.Natta.470. num.6. & 678.num.29.Roland.59.n. 24. in 3.Cephal.269.nu.12.330.nu.12. Rim.Iun.consil.59.numer.52.Ioānes Botta in consil. 50. numer.34. Zanc. in §. cum ita. numer. 229. Borg.decis.5.nu.15.3.p. Iulius Clarus in §.testamentum.quæstio.76. Gabriel.de reg.iur.cōclus. 10. n.9. Viuius commu.opin. verbo. casus non expressus. Ex quibus hanc sententiam esse communissimam, & receptissimam deprehendes.

QVOD Procedit † non ob- 157
stāte verisimili mēte testantis Rol. cōs.56.n.24.lib.3. Natta.470.n.6. Rim.Iun.158.nume.23. & de communi Gabriel.111.n.13. & cons.95. numer.13.Cephal.269.numer.22. & 330.num.73. Gabr.conclus. 10. numer.9.de regul.iur. & de magis communi Tiber.consil.1.num.45. volum.1.Bursa.227.num. 7. & vide pro ratione Baldũ in l.fin. n. 11. C.de indict.vid.Menoc.cons. 171. num.20.Pret.lib.2.interp.3.dub.1. sol.3.num.160.& de magis cōmuni, & veriori non obstāte verisimili mente, & non obstante, quod materia esset fauorabilis, & quod verba essent generalia apta cōprehendere aliam personā late Pedroca consil.89.num.84.& 85.& seq.

EX Quibus † deprehēditur An- 158
gelum in §.& quid si tantum. numer. 5. contrarium ex verisimili mente tenentem communiter improbari. Ita profitentur omnes supra relati, & relati a Men.consi.97. num.91.

num.91.Gabr.concl.10.num.9. de reg.iur.& alter Gabriel.consil.111. num.13.Tiber.d.consil.1.num. 45. Simon de Pret.sup. nu.159. acerrimè reprehendens Parisiũ, quia Angelum sequutus fuit, sicq. hæc est communior, quamuis contrariam Angeli plures referens sequatur. Mol.lib.1.de primog.c.4.nume.4. & 25.Ipse tamen lib.3.c.5.num.25. asseuerat non facile iudices hanc extensionem admittere, præterquã in quatuor casibus, quorum nullus hic sibi locũ vendicat. Et tandẽ ipse Molina nequaquam rectè intuẽti satisfacit. d.l. si quis ita. pro hac sententia sup. expensæ, & tandem contra receptiorem sententiam lo
159 quitur. Deniq. habet opinio † cõmunis receptissima antesignanum Aret.cuius subtilitatem laudat Molin.in consuetud.§.1.glos.5. nu.27. 27.sed & subtilitate, doctrina, & bona conscientia cæteros sui tẽporis Iurisc.superasse aiunt.Socin.consi. 36.nume.30.in 4.Pedroc.consil.8. num.70.

QVÆ Omnia egregie cõfirmant substitutionem factam filiis Catherinæ, & Violantis, iis non natis penitus periisse. Aliter enim si diceremus, protenderemus substitutionẽ factam dictis filiis, & personis clarissimẽ designatis ad alias personas: quod inhibitũ esse ex tex. expresso, & communi interpretum sententia esse diximus.

SEPTIMO Vrgentissimè cõfirmatur superior sentẽtia, quoniã
160 † etsi aliquando interpretes extensionẽ ex variis coniecturis, & mẽte de vno casu ad aliũ admittant: verumtamen ex receptissima omniũ sententia id procedit, quotiescunq. mens nõ est omnino tacita, sed cõiecturæ ex quibus illa deprehenditur ex verbis generaliter, vel saltim impropriè sumptis deducuntur. Quoniã mẽs sola (vt inquit Bald.) non reddit actus exteriores essentialiter perfectos.

IDCIRCO Hæc cãtilena † communis mentẽ esse Principẽ, 161
& Reginã, & ex ea fideicommissa induci, & extẽdi, qua ad fastidium vsque cõsulentes vtuntur, nũc illæ nunc contrariæ regulæ, scilicet, verbis standum esse adhærentes instar arundinis vento agitatæ, vt pecuniæ eos impellunt teste Curtio Iuniore consil.121.& latissimè Zanco sup.à num.133.vsque ad 147.

HÆC Inquã cãtilena prudẽtissimè ab omnibus (nemine dẽpto) ita intelligitur: † vt mens prę- 162
dominetur, cuius causa verba instituta sunt, quãdo ea omnino nõ deficiunt, sed casum qui contingit saltim impropriè cõprehendunt, alioquin mens sola etiã à prudenti consideratione ducta attendenda non est, si verbis nõ contineatur. d.§.& quid si tantũ.ibi, sed ex verbis concipi possit, & ita has regulas ad cõcordiam pulchre deducit Zancus vere & prudenter in.d.§.cum ita. num.145. videndus ex Bald.col.3. in l.cũ virũ.C.de fideicom.Alexã. elegãtissime 139.vol. 6. numer.5. Ruin.156.n.6.in 2, Aym. 161.n.13.

Tiraq.in l.si vnquam.verbo.libertis.num.69.& ad leges connubiales.glos.7.num.177.Dec.218.n.51. Natta.667.nume.15.& 628.nu.31. Purp.consil.476.nume.12. Tiber. Decia.consil.2.nume.26.vol.2. & consil.6.nu. 46. eodem Albarado de coniecturis libr. 1. c.1. & 2. vbi latè.

163 E T Id est, † quod circumfertur per omnium ora, non sufficere testatoré quid velle, nisi disponat. l. quidam cum filium. de hæredib. instit. Albarado supr. Honded. vbi sunt concordantes consil.78.num. 11.volum.1.sicq. mens ad detrahédū verbis allegari nó potest, Bald. in d.l.cum virum. Idem pulchrè in l.precibus.de impuber.quem sequitur Corneus consil.61.nume.2. & 8.in 5.dicens testatoris mentem non esse diuinandam, neq; ex suo capite,quem dicere posse, talé esse voluntatem defuncti à verbis recedendo:alioquim omnes dispositiones essent incertæ hominum phantasiis & imaginationibus suppositæ.Quamobrem,quòd instrumentum, & eius verba non continent, nemo asseuerare potest,esse voluntaté defuncti latè Borgn. vbi sunt concordantes. decis. 5. numer. 13. 3.part.

164 S E D In proposito † verba cócepta in casum natiuitatis, & mortis,neque generaliter,neque impropriè continere possunt casum contrarium non natiuitatis,quia ei directo opponútur.Ergo ex méte sola non solum non assistentibus verbis, sed repugnantibus fideicommissum hoc extendi non potest de casu natiuitatis,& mortis ad casum contrarium non natiuitatis.

O C T A V O Vrgentissimè confirmatur nostra opinio,quoniá † sententia Oldradi. d. consil.177. ex verbis verissima, & certissima est, cū substitutioné factá sub códitione natiuitatis, & mortis filiorū indubium sit filiis non natis attentis verbis expirasse,vt expresse aduertit Gabr. d. consil.95. numer.5. volum.1. & Cicero in d. oratione pro Aulo Cecina in contrarium relatus ibi. Quid igitur verbis cautū est,minime?Mantic.d.libr.11.tit.6. num.2.in fine, asseuerans opinionem contra Oldradum(quam ipse falso communem dicit vt ostendi) verbis repugnare. Qua propter omnes,qui contrariam sentétiam ipsi Oldradi amplectuntur, ea ratione ducútur,quod licet verba repugnent,extédenda sit substitutio de casu natiuitatis,& mortis ad casum non natiuitatis ex verisimili mente.Dec.277.numer.10. Corn. numer.18.in 3.Soc.Iun.90.nu.24. & 27.in princ.& 44. eod. volu.& consil.181.num.35.in 2.Gabr cons. 117.num.41.Iason clarissimè cósi. 148.col.3. versic.itaq; moueor & coll.6. vers.nó obest quintū vol.2. Mantic.d.num.2.& omnes pro cótraria parte relati. 165

H I S Sic suppositis constat, Oldradi

166 Oldradi sententiam conf.177.precisse amplectendam esse,† quoniá omnis extensio est sublata à Ramiro testáte ex verbis restrictiuis multis, pluribus,& geminatis. *En dicho tiempo, en dicho caso, los dichos, &c.* Quoniam ista verba restrictiua efficacissimè impediunt, fieri extẽsionem de vno casu ad alium, etiam in casibus, vbi extensio ex mente permitteretur.

SED Et in terminis nostris,

167 † quod licet substitutio facta in casu natiuitatis, & mortis possit extendi ad casum non natiuitatis ex mente,& hæc opinio cõtra Oldradum recepta à Mantica Crasso, & aliis esset cõmunior, quod illa nõ procedat, quotiescunq. substitutio in casum natiuitatis, & mortis esset facta cùm verbis restrictiuis: *En dicho tiempo, y en dicho caso.* Ita vt eis existentibus ad casum non natiuitatis substitutio extendi non quæat, elegãtissimè in terminis docet Ancharr. consil.356. num.4. & Ancharranus neminem habet contradicentem authoritate parem secundum Dec. qui eius decisionem sequitur conf.315.& eum etiam sequitur Ruinus conf.57.nu. 9. lib.3. Gozad. consil.64. num.9.& Grat. 124.num.39.lib.1.& 106. nume.3. vol.2. punctim etiã in terminis nostris sequendo Oldradum, Decius in l.fin. de institut. nu.2. Soc. cõsil. 259.lib.2.col.4.& pulchrè expendens Oldradi sententiam cõs.177. & asseuerans adiectis verbis restrictiuis nullum contradicentem habere, elegantissimè Alciatus. dict. cõsil.44.num.37.45.& 52. dicens rem esse certam,& claram, quia testator adiiciendo verba restrictiua censetur omnino prohibuisse extẽsionem. Cephal. consil.390. nu.54. sequutus Ancharranum sup.& nu. 56. inquit contraria procedere vbi absque verbis restrictiuis facta esset substitutio. Maria. Iun. cõs.169. num.7. sed latissimè Cephal. punctim. d. consil.649. num.42. 43.& 44.& de causa Regni nostri Consultus, ita respõdet Gozad. conf.4. num.24. dicẽs Oldradum, hoc casu procedere adiectis verbis restrictiuis, sibiq. videri hoc fundamentum iustum, forte,& verum. Zanc. 8.part. numer.107. Burs. consil.51. numer.24. dicẽs procedere etiam non obstante maioritate rationis. Rim. Iun. conf.23.num.26. & 517. num.36. Nonius consil. 12. nu.17. Pret. libr. 2. interpr.4. dub.2. fol.3. nume.53.& 66. Card. Albanus respondens contrariis ad Bart. in l.1. num.13. de vulg. Hipp. Rim. sup.

ET Denique adiectis † verbis 168
restrictiuis Oldradum intrepide sequuntur,& tuentur. Menoch. dict. consil.326. num. 16. & consil.243. num.7.& num.35.& 36. dicẽs hoc casu Oldradi sententiam esse receptam,& communem quamuis aliqui contrarium teneant, & in eisdẽ terminis nostris latissimè Osascus d. consil.74. nu.26. qui omnes in casu, in quo versamur, Oldradi

sententiam tuetur ex verbis restrictiuis,& indubiam dicūt eius opi-
169 nionem. Et argumentum, † quod sumitur à cōtrario sensu ex verbis limitatiuis dicit esse expressum Barbos.in l.si cum dotem num.32. sol.matr. Ideo procedit in Regno Molin.verbo fori Aragonum.

170 ET Quando essent † geminata verba restrictiua(vt in proposito)rem esse indifficilem arbitratur Cephal.d.consi.649.num.48. & conducunt,quæ ex Anchar. Roland.Menoch.& aliis refert. Osas. dict. consil.74.nume.26.Et multa singularia, & commendatione digna,quæ de geminationis vi adducere possemus omittimus quoniá illa exactissimè, & amplissimè retulimus in allegationibus, & respō so vberrimo pro Regno Aragonū, à numer.424.vsque ad num.441. vbi lectoré remittimus. Et videatur Barbosa in l. quæ dotis solut. matr.num.95.

171 SED Intereà videatur † locus elegātissimus à nemine, quem viderim,nisi à me expensus.Genesis.cap.41.ibi, quod autem vidisti secundo ad eandem rem pertinés somnium firmitatis iudicium est, eo quod fiat sermo Dei,&velotius impleatur.Sed & de natura verborum restrictiuorum, quod in omni bus casibus & dispositionibus extensiones impediant retuli infinitos sup.in 1.parte num.37.Interea videatur præter eos variè, & pulchrè extendens Pedrochā.cōsi. 38.numer.22.& ego supra.

NONO Confirmatur præà clarè consideratione sequēti. Quo
niam † etsi communis, & recepta 172
sententia.Oldradi consil.21.dicentis substitutionem factam alicui decedenti sine filiis extingui penitus decedente grauato cum eis,quamuis continuo moriantur,limitetur, & restringatur ab aliquibus ex variis coniecturis hominis indicantibus,voluisse bona perpetuo in familia cōseruari,veluti ex pluribus gradibus substitutionum, ex prælatione masculorum, ex delatione armorum,& nominis, ex prohibitione de non alienando, vt docent Socin.consil.140.nume.4.volu.2. Curtius consil.121.nume.15.Aym. consil.876.nume.10.& consil.935. num.11.Maria.Iun.consi.1.nu.20. volum.3.Ruin.consil.143.num.7. volum.3.Paris.consil.9. volum. 2. Curt. consil. 58. & alij dicentes (licet falso vt ostendam) his casibus protēdendam esse substitutionem de casu mortis sine filiis ad casum mortis cum eis, illis postea deficientibus.

VERVNTAMEN Hęc limitatio sublimitatur communissimè non procedere, † quando ad- 173
iecta essent verba: *Eo casu*. Quoniá adeo sunt præcisæ naturæ, vt omnem extensioné excludant ad aliū casum,quàm expressum. Adeo vt non obstantibus illis omnibus con iectu-

iecturis supra relatis Oldradi opinio recepta sit, prohibita extensio, sicq; substitutio perempta, vt singulariter docet Aym.consil.98.nu. 5. vbi sunt concordantes,& punctim contra Aymon. consil. fin.volu.2. in eodem casu consultus Burs.cōs. 51.nu.25.citat Veroium consil.99. vol.2.num.9.& omnes in id conuenire ait ex Cardin.Albano vidēdo,quia egregiè loquitur,& opiniones contrarias concordat in lucubrationibus ad Bartolum in l.1. de vulg.nume.13.idem Burs. cons.52. numer.17.

ITAQVE Si substitutionē si sine filiis decesserit (in casu Oldradi 21. ex coniecturis hominis extendibilem secundum aliquorū opinionē)ad casum oppositū verba restrictiua, eo tempore, vel in eo casu, inextendibilem efficiunt, eadem ratione substitutionem, si filios habuerit,& moriantur in casu Oldradi 177.extendibilem, secundum aliquorum opinionem in extendibilem faciunt verba geminata restrictiua,quæ sup.retuli.

DECIMO Singulariter probatur ex communi,& receptissima sententia omnium dicentium substitutionem † vulgarem factam in
174 vno casu impotentiæ tantum, vel voluntatis tantum extendi ad aliū, & hæc regula generalis & communis est, quam tradunt omnes post Bart. in dict. l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthum. & in l. 1. de vulgari. quæst. 2.& omnes in l. 3. & in l. fin. de institutionibus Paris. 19. numer. 175.vol.2. Tiber.consil. 1. num. 85. volum.1. Socin. consil. 76. numer.7. libr.3. Menochius consil. 171. nume.28. Alciat.consil.492.nu.24. Menoc. consil.326.num.21.

RATIO Est, quia testator † exprimendo vnum ex casibus ne 175
cessariis ad effectum vulgaris substitutionis præsumitur magis effectum,quàm corticem verborū considerasse:ideo quomodocumq sequatur effectus,etiāsi expressus casus non eueniat,ille attenditur, & substitutio de illo casu necessario ad alium ex verisimili coniectura voluntatis protenditur, vt sup.dixi & confirmaui.

HÆC Autē coniectura † ho-
minis fortissima est, & efficacissi- 175
ma,cùm sit approbata à lege.l.cum proponas.§.fin.C.de hæred. instit. & dict.§.& quid si tantum. & coniecturæ legales vrgentissimæ sint DD.in l.licet imperator.de lega.1. vbi Iason,Bald.in l.1. fideicomm. numer.18.Dec.consil. 54.nume.3. & in rubr. de probationibus extra. numer.13.Ias.in l.sciendū. de verborum obligat. numer. 25. Veroi. quæst.90.numer. 9. Valasc.de iure emphit.quęst.7.num.33. ad l. 3. de apochis publicis.l.si quis locuples. de manumis.testa. Mant.cōsil.42. nume.48.Tiraq.ad leges connub. glos.7.num.149.

177 ET Hæc † côiecturæ legis fortiores sunt,& efficatiores côiecturis hominis, ideft ab homine ex variis causarum generibus desumptis,non tamen lege prohibitis, vt docet Menochius consil.85.nu.85. volum.1.

178 SED Verba restrictiua † (*Eo tempore*,vel *eo casu*) descripta in substitutione vulgari confecta in vno casu ex necessariis ad vulgarē, vincunt præsumptionem legis,ex verisimili mente testantis substitutionem ad alium casum extendētem, & efficiunt, vt coniectura legali spreta substitutio vulgaris ad casum nō expressum nequaquam extēdatur, propter verborum restrictiuorum vim, extensionem penitus subducentem. l. in substitutione.de vulgari,& per eam Anchar. d.consil.356.num.5.quem sequuntur Dec.in l.fin.C.de instit.num.2. in l. quáuis.C.de impub. num. 1. in consil.315.numer.5.& consil.89. numer.3.& consil. 227. numer.12. versic.non obest quod extensio. & eleganter consil.287.per totum,& numer.11.Aym.consil.98.nume.5. Et tandem omnes quos supra retulimus.In vulgari enim substitutione directa per verba restrictiua in vno casu concepta, neminem vidi, qui conclusionem hanc improbet.

RECTE Ergo infertur, restrictiua verba, *eo casu & tempore*,& sic geminata multo vrgentius efficere debere,vt ex coniecturis hominis(sicq; inefficacioribus) substitutio nostra, & conditio natiuitatis,& mortis(quę voluntaria est) ad casum nō natiuitatis nequaquā extendatur.

VNDECIMO Confirmatur egregiè vrgentissimè, & ineuitabiliter ex foris,& obseruātiis nostris præcipiētibus cartæ standum esse & iudicari opportere secundum, quod in ea continetur. Fori enim † istud præcipientes omnem 179 interpretationem extensiuam penitus subleuant, vt ex Bald. Alexā. Soc.Croto.Alciato, Curtio Iunio. Soc.Ruin. Aymone,Mantica. Menoc.Simone de Pretis,& aliis multis deduxi in 1. part. versic. sed & superior resolutio.num.40.

ET In terminis fororū nostri Regni loquētes tradūt Alciat.cōs. 96.numer.17. Veroius.120. nu.9. volum.2.Roland.consil.51. nu. 12. & 13.volum.3.Menoch.consi.325. num.17.Iac.Beretta consil.74.numer.22.& rationē explicui nu.45. vbi ostendi, † stantibus huiusmodi 180 foris nullam interpretationem admitti,nisi grammaticalem,quæ ex constructione resultat, & simplicem, & fidelem expositionem verborum, quàm vulgus,& simplicissimus verborū sonus præstat nullo interprete egentem ex Ripa.in l.1. si cert.petat.numer. 35. Curt.Iuni. consil.16. numer. 8. Roland.de lucro dot.quæst.35.

CVM

181 CVM igitur prædixerimus† attenta litera, & carta indubiam esse, & ineuitabilem sententiam Oldradi dicto cons. 177. vt Gabr. aduertit d. consil. 95. nu.10. Mantica supra num. 2. Cicero in oratione pro Aulo Cecina supra relato contrariumq; asserentes ex interpretatione extensiua de casu ad casum, id efficiant, vt clarissime omnes contrarium tenentes, & supra relati profitentur, & ipse non semel supra animaduerti: eaque a foris (vt supra dixi) penitus sublata
182 sit, † impossibile est non asserere sententiam Oldradi consil. 177. verissimam, & indubitatam esse, sicuti in terminis propter foros nostros asseuerat (contraria sententia improbata) doctissimus, & summa laude dignissimus conciuis noster Doctor Ioannes de Ri-
183 bas † in consilio eruditissimo pro admodum Illustris Don Bernardino de Mendoça, super Baronia de sigues numero 29. eruditissimus Mantica in eodem casu consultus quo Menoch. consil. 326. cuius consilium manu scriptum ipse habeo.

HORVM autem grauissimorum hominum opinio in proposito vrgentius multo ineuitabilis erit:
184 cum non † solũ per foros, & leges nostras interpretatio extẽsiua (vbi pedes fixerunt tenentes contra Oldradum) sublata sit; sed simul cum prohibitione legali concurrat prohibitio hominis faciendi interpretationem extẽsiuam à verbis restrictiuis supra relatis fluens (sicut retuli, & explicui in 7. fundamento, & confirmatione supra relata.) Du- 185
plex autem prohibitio legis, & hominis quantùm proficiat, & quàm magnæ virtutis sit deducitur ex §. sanctissimas auth. de alien. & emphit. coll. 9. DD. omnes in §. diui. l. filius famil. de legat. 1. Xuar. alleg. 9. versiculo præterea. Loazes vbi sunt concordantes in cons. oppidi de Mula. 8. fundamento, pro parte Marchionis pag. 70. Osasc. decis. Pedemon. 85. nu. 14. Beretta. cons. 115. num. 5. & 142. num. 29. Rim. consil. 61. num. final. Crot. cons. 48. nu. 12. cum aliis multis.

ET in diuersa materia multumque eleganti idem deducit ex l. qui officij. §. fin. de contrah. emp. secundum inductionem Angeli in l. sed etsi quis. §. quæsitum num. 6. si quis caution. Alexan. pulchrè consil. 84. nu. 6. volu. 6. Corn. cons. 128 nu. 9. vol. 2. Rip. de peste tit. de priuil. contract. cau. pest. nu. 59. fol. mihi 9. Brunorus a sole q. 31. nu. 49.

DVODECIMO subtiliter, verè & vrgenter confirmatur iustitia, quam fouet admodũ Illustris Cliẽs meus ex receptissima, & communi opinione, secundũ quam in materia caducitatis traditum est ab interpretibus: quod etsi † caducata prima substitutio- 186
ne non caducetur sequẽs, id tamen non procedit, quando secundo,

vel sequenti substituto non solum obsistit primæ substitutionis, & gradus caducatio; sed defectus conditionis ascriptæ primo substituto, intuitu, & respectu secundi, vel sequentis. Quoniam tunc secũda substitutio deficit, & pro non scripta est, idque ex scripto, & mente vt supra deduxi, nõ tamen ratione caducationis, sed ratione defectus cõditionis ex fundamento tertio in superioribus deducto.

QVAM rationem; quia continet elegantem, & subtilem materiam explicabo, reassumendo eam suis à principiis & ori-
187 gine, in materia † enim præsertim ardua, & subtili principia anxiè, & solicitè perquirenda sunt, quoniam exactè sine illorum cognitione intelligere est impossibile Aristot. 2. Metaph. & ex eo Alphons. Valdes in tract. de eleemosyna in principio fol. 2. col. 2. num. 2. de cuius
188 † laudibus D. Mõtoya Canonicus Xeresanus ingeniose pie & docte in tract. de recto diuitiarũ vsu cap. 37. vsque ad 50. & ex nostris Vinc. Carrarius de Medico. & eius erga ægros offic. parte 4. nu. 51. & seq. sunt enim principia ad intelligendum potestate maxima, quamuis quantitate aliquando videatur, & iudicentur minima, vt ex Arist. Aberroes & Barb. aduertit Raudẽs. indice de Analogis verbo principium & ipse in Respõso pro Regno Aragon. num. 80.

SVPPONO igitur pro constãti, substitutionem dictorum quatuor fratrum, & descendentiũ masculorum factam sub conditione, si 189
filij, & descendentes masculi Catherinæ, & Violantis de Funes morerẽtur, esse compendiosam. Glossa & cõmunis in l. verbis ciuilibus de vulgari Alex. num. 64. Ias. dicens communem numer. 29. Ripa num. 69. in l. centurio. de vulgari Iason, Decius, Curtius numer. 50. l. precibus de impub. Gomez var. resol. tom. 1. c. 7. n. 1. Couar. in c. Rainuntius. §. 9. n. 15. de test. Osasc. de communi d. cons. 74. nũm. 1. late Menoc. præsump. lib. 4. præsump. 39. Crassus de success. §. substitutio. q. 39. & quæst. 60. Sfortia de cõpendiosa parte 1. Peregr. de fideicommis. art. 34. a num. 3. Trentacinqui. de substitit. 4. parte c. 11. per totum Spino de testam. Glos. 24. per totam Valas. consult. 54. n. 4.

SECVNDO animaduerto, compendiosam † substitutionem 190
comprehendere substitutionẽ vulgarem, & fideicõmissariam (omitto pupillarem quæ instituto nostro non cõuenit) cum nati non fuerint filij, neque descendentes Catharinæ, & Violantis, quibus facta est. Aduerto præterea vulgarem, & fideicommissariam substitutiones comprehensas in cõpendiosa conseruare eandem naturam, quam habent, quoties simpliciter, & de per se concipiuntur.

PRIMVM † probat Bar. in l. 191
centurio num. 4. & 5. vbi omnes de vul-

ET præter Gabrielem ipse considera absurdum ingés etiam esse,
199 † vt primus grauatus ex prædecedētia prædefuncti substituti, & illius gradus caducatione (cuius onus primo grauato ex legis præcepto repetitur, & ei iniungitur) amplius grauetur, quá ipse primus substitutus expresse a testatore grauatus, fuisset grauatus, si successisset in suæ substitutionis vim.

200 QVAMOBREM † prudētér Gabriel d. consil. 95. nu. 2. inquit, substitutum secundū nihil amplius capere posse, neque aliter, neque alio modo propter prædecedentiā primi substituti, quam percepisset, si primus substitutus nō fuisset mortuus, & ab eo fideicommissum petiisset, per regulam l. cum pater. §. instituto de legat. 2.

CONSIDERABAM am-
201 plius præter omnes † rationem, cur caducato primo gradu non caducetur secundus, sed res manet apud primum cum eodem onere restituendi secundo, eam esse: ne contra testantis mentem hæreditatem retineat primus grauatus, cum constet eam voluisse abdicare abeo, per fideicommissum illi iniunctum vt aduertit acutè Ruin. consilio 96. num. 9. & consil. 99. numer. 14. volum. 2. quam minime referunt Osascus Menoch. Cepha. & alij egregij iuris consulti supra relati, rem hanc ex professo tractantes.

SED hæc ratio, quando † deficit conditio, sub qua vocatus fuit secundus substitutus, obsistit illi, quia conditione defecta resistit ei voluntas testantis, ne hæreditas ad eum transeat. Quia cum sub ea conditione ei relicta fuerit sub contraria censetur ei adempta l. si legatū purè l. legatum inutiliter de legat. 3. Gloss. in l. 2. de in diem adiect. Bar. in l. pater testamento. de legat. 1. Soci. in nostris terminis consilio 52. num. 3. vol. 1. Cepha. consilio. 649. num. 30. & seq. ergo hoc † casu quo voluntas resistit hæredī primo, & substituto secundo, melior dicitur esse conditio possidentis, quia actor substitutionem pretendens non probat eam ex defectu conditionis; ergo hæres vincet, quamuis ius nō haberet. l. fin. C. de rei vendica. Aym. consilio 180 in fine. vers. postremo & cons. 161. num. 3. Menoch. 171. numer. 23. & cons. 90. nu. 98. Eman. Costa in c. si pater 1. p. vers. in suo testamento. nu. 14. Gama. decis. 221. & decis. 347. Cordoua lib. 3. quæst. 8. casuum conscien. Mol. de iust. & iure tract. 2. q. 81. col. 492. vers. quarto. 202

Tandem prima substitutione † caducata onus illi iniunctum repetitur a lege d. §. pro secundo. Ergo in primo grauato sub eadem cōditione, & qualitate repetitum censetur sub qua fuerit ascriptū graduī caducato. l. filio præterito de iniusto rupto vbi DD. & in authen. ex causa vbi DD. de liber præter. 203

205 QVIA hoc est de natura † trãſlationis, vt fiat ſub eadem conditione, onere, & qualitate l. Caio. de adim. lega. l. peculium. §. final. de legat. 2. vbi Bart. inquit legata relicta poſt mortem hæredis ſcripti non deberi ante mortem illius, quamuis hæreditas venientibus ab inteſtato deferatur, vbi DD. Idem apertè aiunt Bal. conſil. 170. vol. 5. Bartho. Soci. conſ. 40. nu. 6. vol. 2. conſil. 218. ver. 2. Pariſ. conſ. 60. numero 55. volumen. 2. Ruinus conſil. 175. numero. 4. volum. 2. Alcia. conſil. 44. num. 53. & conſil. 49. num. 13. lib. 9. Zancus ſupra num. 64. Peregr. de fideicommiſſ. art. 15. num. 34. & art. 16. num. 79. Gabr. d. conſil. 111. & idem Gabriel. d. conſil. 95. num. 18. 19. & 20. explicans contra Paulum d. conſilio. 152. quomodo conditio non dicatur cohærere perſonæ primi ſubſtituti, vt illa extincta extinguatur, ſed gradui, & ſubſtituto ſecundo, vt ſic conſtet ea non verificata, locum illi non eſſe.

EX ſuperioribus conſtat, in pluribus ſubſtitutionibus fideicommiſſariis ex communi ſcribentium voto caducata prima non eſſe locum ſecundæ, ſi conditio illi aſcripta deficiat. Ex quo fit, idem dicendum eſſe

205 † in pluribus ſubſtitutionibus compendioſis, ſi caſus fideicommiſſariæ euenerit: veluti quia primus inſtitutus adiuit, & eo adeunte vulgaris expirauit. Quoniam ſi ſecundus, vel ſequens ſubſtitutus velit ſuccedere ex fideicommiſſaria, contendens caducato primo gradu, manſiſſe hæreditatem penes primum cum onere reſtituendi ſibi, certe ſuccumbet ſi conditio adiecta ſecundæ ſubſtitutioni deficiat ex rationibus ſupra dictis.

SVPERIOREM reſolutionem amplectitur maior, ſanior, & doctior ſcribentium pars, vt ſic videas eam eſſe receptiſsimam Baldus in compendioſa loquens conſil. 254. volu. 1. & 162. vol. 3. Pau. conſ. 152. volum. 1. malè firmans pedes, licet contrarium tentauerit, teſte Curtio Iun. conſ. 83. num. 4. Soc. optimè 52. nume. 14. volum. 1. Corn. 298. ſubſcript. 3. volum. 3. Soc. Iun. 100. num. 1. volum. 1. Corn. 299. num. 13. & 17. volu. 1. inquiens veram eſſe communem † hanc ſententiam, non 207
obſtante dictione vniuerſali, quandocunque deceſſerit adiecta in compendioſa. Quia intelligitur quandocunq. deceſſerit, purificata ſcilicet conditione. Et in fideicommiſſaria in compendioſa comprehenſa aperte profitentur Aymon. conſil. 283. Zanc. in d. §. cum ita num. 65. Gabr. conſ. 95. num. 1. & 2. volu. 1. & interminis in quibus verſamur pulchre Alciat. cõſ. 44. nu. 52. lib. 9. Oſaſc. conſ. 74. Cepha. d. conſ. 649. Meno. 161. 326.

SI quis autem velit contendere conditionem deficientem per

vulgari. Dec. post alios in l. precibus nu. 8. C. de impub. Alexand. consil.13.volum.4.nu.2. Soc. Iun. consil. 77. num. 45. & consil. 92. nu.1.& cons.94.num.26.& consil. 163.vol. 1. Aym. consil.62 num.3. Dec. cons.416. Paris. cons. 17.nu. 173. volu. 1. Zancus. in §. cum ita num. 122. Osasc. consil. 74. num. 1. Menoch. lib.4. præsum. 8.

192 SECVNDVM vero † probant Decius cons.416. nu.6. Paris. consil.73. num.52. volum.3. Alcia. in l. cohæredi. in princ. de vulga. Zancus in d. §. cum ita num. 49. & numer. 629. Menoch. vbi sunt concordantes cons.326.n. 101. dicens de compendiosa iudicari secundum casus contingentiam; & ita illud idem, quod de fideicommissaria simplici, si casus fideicommissariæ euenerit, vel de vulgari simplici, si illius casus contigerit, & præter supra relatos idem docent Menoc. de præsum. lib.4. præsum. 89.nu.35. Trentacinqui lib. 4. c.7. a princ. Spino & relati supra.

193 INQVIRAMVS igitur, quid statuendum sit de iure, si istæ substitutiones essent fideicommissariæ simpliciter, & de per se factæ, & postea quid decernẽdum sit in vulgaribus: vt verissimè dijudicemus, quid dicendum sit in substitutionibus compendiosis & in substitutionibus in illis comprehensis, qui est casus noster.

IN duabus igitur, † vel pluribus substitutionibus fideicommissariis, quamuis regula communis sit, caducata prima non caducari secundam; quia manet res cum eodem onere penes primum grauatum ex Bar. in l. quamdiu 3. de acquiren. hæredit. & ex multis quos initio in 1. fundamento contrariæ partis retuli. 193

VERISSIMA tamen & recẽptissima est communis limitatio ad regulam, qua decretum est eam procedere, quando nihil aliud obsistit secundo substituto, quam caducitas gradus, & ita loquitur Bar. & communis in d. l. quamdiu. de acq. hæred.

SECVS vero si obsisteret † illi conditionis defectus, sub qua votus fuit secundo substitutus, quia tunc ex defectu conditionis non admittitur, quia caducato gradu non caducatur conditio, neque circumducitur, vt exprecissimè voluerunt Gloss. Bar. Angel. Imol. in l. qui habebat de vulgari, vbi Angelus inquit ius primæ substitutionis non transire in secundum, deficiente conditione, & Aretinus ibi, quando (inquit) tollitur † mediũ per quod peruenitur ad extremum, tollitur etiam extremum, Alex. dicit magis communem in l. cohæredi in princip. de vulgari. Illustrat Roland. consilio 58. numero 56. in 3. relatus à Viuio. libro. 2. opinione 654. numero 23. & 24. & seq. 194 195

& seq. Natta 678. num. 19. & 20. Thesaurus decis. Pedemont. 85. numero final. versiculo limita secundo.

196 SED & Baldus † idem existimat cons. 254. lib. 1. dicens sine cōpunctione aduersus causam piam non potuisse consulere, sed quia timuit Deū, & à legum tramite recedere resoluit caducato gradu nō caducari conditionem, ex cuius defectu causam piam vltimo loco substitutam excludi existimat, & ita intelligi. §. pro secundo d. l. vnicæ, & expresse fatetur Pau. consil. 152. num. 1. volum. 1. Ang. num. 9. Imola. nu. 6. Roma. & alij in d. l. quamdiu ita declarantes & limitantes doctrinā Bar. ibi quam ita etiā intelligit & declarat Aym. consil. 283. in princ. versiculo neq. videtur Curt. Iun. consil. 83. num. 4. post Alexand. consil. 1. num. 15. vol. 1. Corneus cons. 416. num. 4. vers. nec obest. vol. vlt. Beroi. cōs. 73. col. fin. vol. 3. Mar. Iun. 42. nu. 8. vol. 1. Ruin. optime cons. 171. nu. 4. volum. 2. & 83. nu. 3. eodem volu. & 122. num. 3. & 4. Zancus in d. §. cum ita num. 60. reprobans Paulum in dicto consilio 152. qui voluit, caducato gradu caducari conditionem, licet in hoc assumpto tanquam falso non fuerit ausus firmare pedes ipse Paulus, vt aduertit Curtius Iun. dicto consilio 83. num. 4. & eundem Paulum reprobat dicens malè in hoc sensisse, Gabr. consil. 95. num. 3. vol. 1. & in nostris terminis tuēdo Oldrā dum dicta consil. 177. idem asseuerant pulchre Alcia. dicta consil. 44. num. 30. lib. 9. & plures referentes Cepha. consil. 649. numer. 40. & 75. Menoch. 326. nu. 36. & Osasc. consil. 74. num. 16. & 22.

EX quibus constat † hanc conclusionem receptissimam esse aduersus Paulum, & illa egregie probatur ex dicto. §. pro secundo, dum vult semper hæreditatem remanere penes primum grauatum caducata prima substitutione cum eodē onere, idest cum eodem fideicommisso, non enim hæc verba sophisticè referenda sunt ad conditionē, quia illa non est onus, (vt Paulus putat) sed qualitas oneris grauamini, & fideicommisso hærens, quod cum ita sit sicut primus substitutus, si successisset ab onere restituendi liber esset, non purificata conditione grauaminis, ita dicitur esse immunis primus institutus grauatus, vt Zancus clarissimè aduertit post omnes supra relatos d. nu. 63. idque probat. l. 1. de vulgari. 197

PRÆTEREA † egregiè hæc sententia confirmatur ex animaduersione Gabrielis d. consilio. 95. nu. 22. vol. 1. dum vult absurdum maximum esse, vt substitutus secundus plus commodi capiat ex caducatione gradus antecedentis, propter predecedentiam primi substituti (cui ille substitutus fuit) quā habuisset, si primus substitutus vixisset 198

ET

æquipollens impleri posse, & extendendum esse fideicommissum de vno casu ad alium, sicuti Iason, Decius, Soc. Iun. & alij relati pro contraria parte voluerunt incidet in laqueum, quoniam loquetur contra receptas sententias omnium in superioribus fundamentis expensas, quibus egregie probauimus extensionem fieri non posse in conditionibus voluntariis maxime ad casum penitus oppositum præsertim de vna persona ad aliá, & præmaximè extantibus verbis restrictiuis, & indubiè stanteforo prçcipiente cartę standū esse, quem omne extensionis genus subducere docuimus.

MAIOR est difficultas, sed
208 illa facile diluetur in vulgari † cõtenta in compendiosa, quoniam quando substitutio compendiosa concipitur sub conditione, si sine filiis decesserit, ea deficiente aiunt multi secundo loco vel vlteriori substitutum admitti, non in fideicommissariæ vim, quoniam illa defecta conditione deficit, sed in vim vulgaris in compendiosa contentæ, cui conditionis defectū non obsistere aiunt.

RATIONEM eam adducūt,
209 quia cum † substitutiones in compendiosa cõtentę seruent naturam suam, cõditio si (sine liberis) est de natura fideicommissariæ, nõ vero de natura vulgaris; quamobrem non refertur ad eam, & idcirco secundus, vel vlteriori loco substitutus ex vulgari subintrat locum primi prædefuncti, cuius gradus effectus fuit caducus, non obsistente illi defectu cõditionis ad vulgarem non relatæ, & cum ex vulgari succedat, & substituatur primo substituto, & eius locum subintret, succedit postea per fideicommissum primo grauato, cum conditio fideicommissi iniuncti illi fuerit verificata vt oportebat, ita expresse docent Pau. d. consil. 152. in 1. Soc. 52. volum. 1. Decius 416. & 427. Aym. eleganter consil. 283. Zancus dicẽs communem in d. §. cum ita num. 68. vbi sunt concordantes.

SI vero substitutiones compendiosæ sint factę prout in proposito, & casu nostro in † casu natiuita- 210
tis, & mortis, quoad fideicommissariam licet non admittant extensionem ad casum non natiuitatis, quia quoad eum conditio natiuitatis, & mortis volũtaria est. Verumtamen fortasse dicent aliqui, quo ad vulgarem extensionem admittendam esse, quoniam animaduertent vulgarem, duos casus continere, alterum impotentię, alterum noluntatis, & quoad caput noluntatis cõditio nascẽdi necessaria est, quia qui non nascitur, & non viuit non potest velle neq; nolle, Corn. cõs. 276 num. 18. in 3. Ruin. egregie in §. & quid si tantum num. 50. Gabriel. d. consil. 95. num. 3. & sicut quoad caput noluntatis conditio nascendi

nascendi videtur necessaria. Ita quoad caput impotentiæ videtur esse conditio moriendi necessaria, quia continet vnam speciem impotentiæ mors ipsa.

111 RECEPTVM autem esse aiunt substitutionem vulgarem factam in vno casu, vel in vno indiuiduo ex casibus necessariis, ad hos casus omnes porrigi, quia cum conditio sit necessaria, præsumimus testatorem effectum considerasse, nō formam, & verborum corticem, idcirco quomodocumq; sequatur est locus substitutioni, ex communi sententia quā supra adduxi. Quam obrem statuendum videtur, hoc casu substitutionem factam dedictis quatuor fratribus & eorum descendentibus masculis in casu natiuitatis & mortis filiorum & descendentium masculorum Catherinæ & Violantis protendi posse ad casum non natiuitatis.

VERVMTAMEN contraria opinio † verior, & communior est, & de priori hypothesi compendiosæ supra propositæ, quamuis ad institutum nostrū non faciat, prius agam, quia frequens est casus ille, in quo asseuero cōpendiosam substitutionem factam sub cōditione, si sine filiis decesserit grauatus, non solum deficere, si decesserit cum filiis quoad fideicōmissariam, sed etiam quoad vulgarem in ea comprehensam.

112

RATIO est, quia cōditio, † si sine filiis decesserit, in compendiosa scripta, ad vtranq; substitutionē refertur, ne vna substitutio sub vnico verborū cōpendio facta diuerso iure censeatur, & ideo deficiente conditione perinde deficit vulgaris sicut fideicommissaria, quia vtrique adiecta est.

HAEC sententia probatur vrgenter, Primo ex l. qui habebat. de vulgari, vbi † instituto impubere si decesserit in pupillari ætate, substituta fuit illi soror, etsi illa ante pubertatē decessisset, substitutus fuit illi Titius, prædecessit soror sed pubes obiit postea pupillus, quæritur an illi succedat Titius secundo substitutus, & ex communi supra relata videbatur, quod sic; quia caducata prima substitutione pupillari, non caducatur secunda, Soc. cōsil. 52. num. 9. vers. secundus passus vol. 1. Boher. decis. 38. nu. 21. Soc. Iun. consil. 114. num. 75. lib. 1. Dec. cons. 427. lib. 1. Parisius cons. 18. nu. 45. lib. 2. & alij plures, vnde caducata ibi prima substitutione, substitutus secūdus debebat subintrare locum illius ex vi vulgaris in pupillari comprehēsæ, & succedere pupillo in pupillari ætate decedenti. 113

ET huic vulgari non debuit esse obstaculo defectus conditionis adiectæ de prima substituta sorore, ad secundum substitutum Titium per verba, si impubes decesserit. Quia illa condirio erat de natura pupillaris,

laris, non autem de natura vulgaris, de cuius natura solũ est, quod is cui fit hæreditatẽ non adeat; quod acciderat ibi. Nihilominus tamen
215 † iure consultus decidit, ex defectu illius conditionis euanuisse vulgarem, & substitutum secundum non esse admittendũ, quia cum vulgaris cõtineatur in pupullari, cui fuit adiecta illa conditio, nõ solum pupillarem respicit, sed vulgarem illi hærentem.

216 E T Per hunc textum † ita pũctim in nostro casu decidit Corne. cons. 18. à nu. 6. volu. 4. egregiè declarans. l. qui habebat. docens nihil obsistere, quod ibi soror fuisset exhæredata Alex. ibi & alij, & minus, quod pupillus adiuisset, quia nihilominus non vrget. Ergo dicendũ est in nostro casu, & hypothesi: quod in cõpendiosa conditio, si sine liberis, illi adiecta, non solũ fideicommissariam, de cuius natura esse aiunt, respiciat, sed & vulgaré, vt ex conditionis defectu vtraque substitutio expiret.

E T Is sensus ad l. qui habebat. est magis communis, vt post doctores ibi & glossam docer Alex. in l. cohæredi. in principio. de vulgari, & multi relati ab Osasc. cons. 74. n. 16. & sequẽti videndus Bal. egregie contra piam causam cons. 254. vol. 5. Corn. pulchrè ex d. l. qui ha-
217 bebat. dicẽs conditionẽ † ex vi verborũ ad vulgarẽ etiã referri. consi. 180. n. 4. 5. 6. vol. 4. & cõs. 298. sub script. 2. n. 4. vol. 3. & cons. 35. n. 14. vol. 4. & cõs. 199. n. 3. vol. 2. Ruin. cons. 175. nu. 4. vol. 2. contra Dec. & consil. 416. num. 9. volu. 2. Curt. Iun. consil. 33. num. 2. Rube. consil. 26. nume. 3. Ripa. in l. 1. de vulgar. n. 151. Rol. cons. 58. nu. 56. in 3. pulchrè Alcia. consil. 44. nu. 51. libr. 9. Viuius. lib. 2. opin. 854. n. 2. 3. & 4. Gabriel dicens cõmunem antiquorum & modernorũ. cons. 65. nu. 21. Menoc. cons. 243. nu. 7. & 175. per totum. & 326. Cephal. consil. 649. per totum. Osas. consil. 74. per totum. Peregr. de fideicomm. art. 15. num. 732. & 35.

E T Isti omnes loquuntur † in 218
secunda compendiosa facta primo substituto, affirmãtes cõtra Paulũ. d. consil. 152. vol. 1. & Aym. 283. & alios defectum conditionis, si sine liberis, perinde extinguere substitutionẽ vulgarẽ, sicut fideicõmissariam, quia ad vtramq; refertur.

S E D In prima † compendio- 219
sa facta primo instituto, quod referatur conditio, sine liberis, ad fideicommissariam, & vulgarem: ita vt ex illius defectu vtraq; extinguatur. Idem docet Bart. in l. Cẽturio. num. 32. Oldr. cons. 141. Ioã. Andr. ad Specul. in tit. de testamẽtis. vlt. additione, quem sequitur Socin. consil. 176. in principio, & num. 7. versic. & ratio est autem, versiculo ex quibus. volu. 3. idem Socin. in l. 1. num. 14. limitatione 8. versic. & per prędicta. de vulgari. ff. idẽ in

l.cum auus.num.19.de cond.& demonstr.idem consil.140.numer.9. vol.2.& consil.118.eodem volum. Ruin.consil.131.num.12.versic.vltimo non obstat.vol.3.idem consi. 93.num.11.vol.2.idem Ruin.cõsil. 122.vol.3.col.2.Ioá.Bapt.in l.precibus.num.14.C.de impub.Rimin. consil.480.post Alexá. consil.109. vol.2.num.2.& Curt.Sen.cons.63. num.7.Alciat.in l.Centurio.n.99. ff.de vulgari,& consil.37.& consil. 56.libr.9.Rube.Alexand.cons. 26. & consil.76.num.4.Dec.cos.416. nume.9.Mar.Soc.Iun. consil.106. vol.1.nu.24.Aym.consil.62.nu.1. & consil.283.col.penult.Peregrin. de fideicom.art.15.num.7.& n.32. & num.43.

220 EX Quibus constat † hanc cõclusionem,scilicet conditionem,si sine liberis,adiectam in cõpendiosa referri ad fideicommissariam,& vulgaré in ea comprehẽsam, & ex consequenti illius defectum vtráq. extinguere,hanc(inquam) conclusionem magis communem esse aduersus Zancum supra num,68. Gabrielem minus recte improbanté, qui id contra eum pro nostra senẽtia afferit.d.consil.95.num.21.

RATIO Huius cõclusionis
221 † vulgaris est, sed tuta & recepta, scilicet conditioné in cõpendiosa adiectam vniformiter debere influere in omnes substitutiones in ea cõprehensas:ne censeatur diuerso iure vnica substitutio, vt aduertit Soc.in d.l.1.8.limitatione n.14. Corn.d.consil.180.vol.4.nume.6. & omnes supra relati.

RATIO Autẽ opinionis cõtrariæ dũ volunt illã tenentes conditionẽ si sine liberis,referendã esse ad fideicõmissariam, quia est de natura illius,nõ verò ad vulgarem de cuius natura non est, falsissima est.Quia de natura † fideicõmissa- 222
riæ solũ est,quòd hæreditas adeatur,vt hæres grauatus restituat:aliter hęreditas per fideicõmissum restitui nõ potest.l.apud Iulianũm.§. idem Iul.ad Treb.l.ita tamẽ. §.qui suspecta.l.ille à quo.§.si de testamẽto.eod.tit.De natura vero † vulga- 223
ris solum est, quod hæreditas non adeatur.l.post aditam.C.de impuber.vnde cætera, quæ omittuntur, vel adiiciuntur istis substitutionibus,non sunt de eorum natura.

QVAMOBREM Neq. † cõ- 224
ditio,si sine liberis,est de natura fideicõmissariæ,quia sine ea propriè cõcipi potest:imo illa in extraneis grauatis,qui descẽdentes nõ sunt, nõ subintelligitur,adnotata in l.cũ auus.de condit.& demõst.neq. est contra naturã vulgaris,quòd aliter expiret,quã per aditionẽ hęreditatis,vt aduertit cũ iudicio.Soc.in d. l.1.de vulgar.nu.14.limitatione 8.

EX Quibus cõstat hanc sententiã contra Zancũ,& relatos ab eo, non solũ communiorem,sed & veriorem esse,& sic Gabr.assertionẽ. d.consil.95.num.1.dicentis hãc sententiam communẽ inter antiquos, & modernos verissimam esse.

NEQVE

NEQVE Obstat si quis di-
225 cat, † hanc non esse communioré, quoniam Oldr.consil. 141. & qui post eum allegati sunt supra, loquũtur in prima cõpendiosa facta primo instituto sub conditione, si sine liberis. In qua conditioné, si sine liberis, ad fideicommissariá, & vulgarem referri fatetur libere Aym. d.consil.283.col.fin.versic.sed pro maiori, Zanc.in d.§.cum ita.n.54. & omnes. Quia nemo est, qui in prima compendiosa contradicat Oldrado, & illis qui eum sequuntur.

SECVS Inquit Aymõ, qué Zancus infra relatus sequitur, esse in secunda compendiosa facta primo substituto: quoniam in illa dicta códitio ad fideicommissariam tantum refertur, neq; ex illius defectu vulgaris in ea contenta deficit.

RESPONDEO Enim
226 Aymonij † viri eruditissimi lapsum esse manifestissimum: nam si interpretũ authoritates conspicias contra Aymonen in secunda compendiosa facta primo substituto, eá conditionem compendiosę ad vulgarem & fideicómissariam referri docent illi multi, quos retulimus sup.nu.117.vt aduerti in fine illius versic.n.118.vt sic videas ex relatis in d.num. 117. & relatis in versic. seq.sed in prima compendiosa.nu. 119.nullam scribentes constituere differentiam inter primam compédiosam factam primo instituto, & secundam factá primo substituto.

SECVNDO Carpitur etiá Aymon.ratione clarissima. Quoniam diuersitas casuum, quàm facit, diuersitatem iuris non inducit, sicq; Aymõ nesciuit rationem diuersitatis assignare: quia si legatur est insipidissima prorsus spiritu carens, neque acutissimus Zancus num.59. vsque ad nume.62.potuit excogitare & tradere rationem diuersitatis, cur in prima compendiosa referatur ad vulgarem, in secunda vero non. Nec mirum, quia est impossibile solidam rationem cõstituere, sicut expresse asserit Peregrin.de fideicom.art.15.nu. 33. qué post iudicium à me interpositũ in hoc art. vidi id asseuerantem.

IMO Ex hoc expendo vltrá omnes, nec Peregrinus aduertit, quando inter primam, & secũdam compendiosam aliqua differentiæ ratio vigere posset, ea cum iudicio statuenda esset contra Aymonem, & Zancum, vt in secunda compendiosa ad fideicõmissariam, & vulgarem referatur, in prima vero cõpendiosa non referatur, nisi solum ad fideicommissariam.

RATIO Est, quia vulgaris † contenta in prima compendiosa 227
est vera, & propria vulgaris, per quam ipsi testatori succeditur: altera vero est † anormala à doctori- 228
bus inuenta, per quam nõ succeditur immediatè testatori, sed primo substituto, vt ex Bart.in l.1.de vulgari.nu.40.& Bal.in l.vnica.§.pro

ſecundo.num.7.de cad.tollen. aduertit egregie Gabriel.d.conſil.95. num.20.Maior igitur fauor impédédus eſt

229 † veræ & propriæ vulgari,per quam immediatè ſuccedítur teſtatori,quam anormale & impropriæ. Ideoq; ſi vnquam códitio,ſi ſine liberis, adiecta in compédioſa ad vulgarem referenda non eſt, id contingere dicitur in prima compendioſa,non vero in ſecũda.

HOC Vero mirificè præter

230 omnes confirmatur, † quia primus ſubſtitutus,& nominatus magis dilectus eſt.l.cum ita.§. in fideicom. de legat.1.Ergo difficilius ille non facilius excludendus eſt. Si igitur primus ſubſtitutus magis dilectus, ex vulgari in compendioſa prima comprehéſa, excluditur, ſecũdum Aym.& omnes ſupra ex defectu códitionis,ſi ſine liberis,quàm fatentur ad vulgarem etiam referri ad excluſioné primi ſubſtituti vulgaris magis dilecti. A fortiori excludendus eſt ſecũdus ſubſtitutus per ſecundam cópendioſam: cùm minus dilectus ſit,referendo etiam in ea conditionem præfatam ad vulgarem argumento. l. publius. de cond.& demonſtr.cum vulga.Præſertim ne dicamus ipſum teſtatorem deterioris códitionis eſſe reſpectu ſuccesſionis immediatę ſuę, quàm ſubſtitutum ſuum: quoniam attenta Aymonis ſentẽtia facilius euerteretur ſubſtitutio cópendioſa prima, & vulgaris in ea contenta, per quam immediatè teſtanti ſucceditur,quàm ſecunda,quod abſurdum eſſe nemo iudicij compos negabit.

EX Quibus ſane † deprehen- 231
ditur ſecundum veram, & magis communem ſententiam ex conditionis defectu in propoſito noſtro, quia filij & deſcendentes maſculi Catherinæ,& Violantis non obierunt,cum nati non fuerint,vtranq. ſubſtitutionem fideicommiſſariá, & vulgarem in compendioſa comprehenſas expiraſſe,ſicq; dó Chriſtophorum,neque ex vna via, neque ex altera fideicommiſſum poſtulare poſſe. Quanto magis quod in ſecunda compendioſa loquuntur omnes relati ſupra verſicul. hæc ſententia. num.214. poſt allegatam. l. qui habebat. de vulgari, qui tot ſunt vt magis communem ſententiam efficiát demptis etiam Socino & aliis qui loquũtur in prima compendioſa.

SED Cardinẽm difficultatis propoſitæ attingendo agendú eſt iam de hyppotheſi,& exemplo cópendioſæ ſubſtitutionis ſecũdo loco propoſitæ ſupra:hoc enim quæſtionem noſtram verè, & propriè continet.In quo dicendum eſt verè,& propriè ex communiori etiá ſententia vulgarem non expiraſſe ex defectu conditionis: quia liberi & deſcendentes maſculi Catherinæ, & Violantis non ſunt mortui. Quaſi ille caſus dici poſsit neceſſarius ex conſequentiq. ad caſum alium

alium non natiuitatis videarur extensio permissa vt dixi supra.

VERVNTAMEN Ad-
232 uerti etiam substitutionem † vulgarem in compendiosa contentã seruare naturam suam, quã habet simpliciter de per se facta. Sed natura vulgaris substitutionis est hæc, vt licet facta in vnum casum protendatur ad alium, id non procedit ex
233 communissima & verissima † sententia omnium, quando fieret in vno casu adiectis dictionibus taxatius, *eo tempore, vel casu*, l. in substitutione. de vulgari pulchre Anchar. consil. 356. numer. 5. Dec. in l. fin. C. de institut. numer. 2. & in l. quamuis. num. 1. C. de impuber. cons. 89. numer. 3. & 227. numer. 12. versic. non obest quod extensio, & elegan ter consil. 287. per totum, & nu. 11. & consil. 315. num. 5. Aym. cõsil. 98. nu. 5. & omnes quos copiosissime supra retuli in 8. 9. & 10. fundamẽtis, & nemo est qui in substitutione vulgari concepta in vna specie cũ dictione taxatiua contradicat (vt dixi in decimo fundamẽto supra.) Quia difficilius directæ substitutiones extenduntur, quam fideicommissariæ multos refert Zancus in d. §. cum ita. num. 146. ita opiniones concilians.

EX His igitur fit, impossibile esse, quin substitutio vulgaris in cõpẽdiosa contẽta perẽpta sit ex defectu conditionis expressæ, si filij nempe Catherinæ, & Violãtis nascãtur, quæ ad fideicommissariam, & vulgarem refertur, & vtramque illius defectus perimit vt prædixi. Præterea animaduertẽda sunt, quę ex Cephalo consil. 649. numer. 58. supra tradidimus ad dicendum cõditionem hanc natiuitatis & mortis quoad vulgarem voluntariam esse, & eam inextendibilẽ efficere.

DENIQVE Si substitutiones dictorum quatuor fratrum, & descendẽtium eorum masculorũ, & sic don Christophori simpliciter in casum vulgaris in nostro casu conceptæ extitissent, scilicet in hũc modum, eo casu, & tunc temporis, quo Catherina, & Violans filios, & descendentes masculos haberent, & ipsi nõ essent hæredes, nemo negaret ex receptis regulis supra traditis non natis liberis substitutionĩ vulgari dictorum quatuor fratrum locum non esse propter verba restrictiua, eo casu, & tempore, quæ nullo modo permittũt (vt prędixi) extensionem de casu natiuitatis, & mortis ad casum nõ natiuitatis in vulgari simpliciter facta. Ergo idẽ statuendum est in casu nostro in vulgari contenta in compendiosa, cùm eam naturam suam seruare opportere, sicut si simpliciter facta esset, in superioribꝰ prædixerimus.

HÆC Vero resolutio maximè fouetur ex 6. 7. 8. 9. & 10. fundamentis supra relatis, quæ maximè conuincunt iuribus rationibus & authoritatibus, præsertim stantibus

tibus foris prçcipientibus cartæ stã dum esse, extensionem de casu natiuitatis, & mortis ad casum non natiuitatis ineuitabiliter esse prohibitam, & nullo iure fieri posse. Quæ omnia luce clarius demonstrant, substitutiones dictorũ quatuor fratrum, & descendentiũ masculorum, & sic don Christophori funditus & penitus periisse.

POSSEM Ipse latiori calamo, & ampliori, & vberiori orationis cursu, variisq. rationibus, multifariá, multisq. modis admodum Illustris dõ Garsiæ de Villalpando iustitiam fouere hunc articulum prosequendo, quem † am-
234 plissimè declaraui & securissimè cõmuniui, in causa Comitatus de Quirra pro Illustrissimo don Blasco de Alagon Comite de Saftago, sed quoniam superiores a me selectç, tanquam prçcipuè eam in lucẽ clarissime deducunt, subsisto. Inte
235 rim † videantur Osasc. consil. 74. post Alciat. consil. 44. lib. 9. Ceph. consil. 649. Menoch. consil. 173. & 223. & 326. & ego ipse in superiori respõso. Ex quibus aliæ verç rationes, & fundamẽta deprehẽduntur. Cõtraria nũc breuissime diluam, quamuis iam in superioribus plene dissoluta extiterint.

NON Obstat igitur prima cõtraria ratio in initio huius secundç partis adducta desumpta ab authoritate interpretum: dũ dicebamus
236 † communem opinionem esse contra Oldradum consil. 177. secundũ quã, substitutio natiuitatis, & mortis ad casum nõ natiuitatis protenditur. Respondeo enim opinionem Oldradi, & nostram esse magis cõmunem, & veriorem ex numero, & authoritate eorum, qui eam sequũtur, quos copiose retulimus supra in primo fundamento pro hac parte adducto: & ita asserit Bursatus magis cõmunem inter cæteros consil. 19. num. 20. contra Manticã & supra relatos.

SECVNDO Respõdeo, quod etsi opinio contra † Oldradũ 237
communior esset, ea non procedit ex communiori, & veriori sententia, quando in substitutione cõpendiosa facta in casum natiuitatis, & mortis essent adiecta verba restrictiua, vt in proposito adiecta sunt: quoniam tunc in dubia est Oldradi sententia ex Ancharrano consil. 359. numer. 4. qui neminem habet contradicentem authoritate parẽ, quem sequuntur Dec. 315. Alcia. d. consi. 44. nu. 27. 45. & 52. Menoc. consil. 326. num. 16. Cephal. consil. 649. num. 42. & sequentibus, Gozad. consil. 4. nume. 24. dicens hoc fundamentum sibi videri forte, iustum, & verum, Osascus, Zãcus, & infiniti alij relati a me copiose, in 7. fundamento huius partis, sicq; respõderi potest sententiæ Centũuirali iudicio Romæ decretæ pro eloquentissimo Crasso contra prudentissimum Mutium pro contraria parte ex Cicerone variis in locis

cis expensæ:quoniã ibi deficiebant verba restrictiua,quãuis aliter etiã respódeat Meno.consf.326. nu.29. sed & exemplis iudicandũ non est. l. nemo.C. de sentent. Quoniam
238 exempla † nunquã fere quatuor pe dibus currunt,vt ex diuo Hierony mo in epistola ad Rufinum aduertit Zancus in §. cum ita num.142.

TERTIO Respondeo ve-
239 rissimè, † quod si stantibus verbis restrictiuis testantis opinio Oldradi est communior,verior, & indubia:quia verba restrictiua omnem extensionis speciem penitus subducunt. Stantibus foris præcipientibus cartę stãdum esse, magis indubia,clariorq. erit : cùm foros istos extẽsiuas interpretationes penitus subducere,& sonum verborũ nullo interprete egentem, grammaticalemq; constructionem admittere prędixerimus in nono fundamẽto huius secundæ partis,vbi Oldradi sententiam in Regno veram, & indubiam esse diximus,non solum vrgentissimis rationibus conuicti, sed & in terminis authoritate ducti grauissimi Frãcisci Manticæ, & eruditissimi conciuis nostri Ioannis de Ribas.

NON Obstat secundũ fun-
240 damentum † ex communi sententia Bartoli in l. quãdiu. de acquir. hæred. dum dicebamus caducato primo gradu substitutionis non caducari sequentem , de quo late in initio secundæ partis.

RESPONDEO Enim Primo,hanc cõmunem sententiã procedere,quando substituto † secun- 241
do,vel sequenti solum obstat caducitas gradus præcedentis,secus est quando præter caducationem obstit defectus códitionis adiectæ de primo substituto ad secundum,vel sequentes,quia tunc caducato primo gradu non admittitur sequens ex conditionis defectu, quia caducato gradu non caducatur códitio, neque circumducitur. Bart. Ang. Imola.in l.qui habebat.de vulgari & de magis communi Alex.in l.co hæredi.eod.titu.illustrat Rolandus consil.58.nu.56.in 3.relatus à Viuio lib.2.opin.654.num.2.3. & 4. Natta consil.678.nume.19. & 20. Ant.Thesaurus. decis. Pedemont. 86.nume.fin.Gabr. consil.95.nu.3. volu.1. pulchrè in terminis nostris Alcia.consil.44.num.30.libr.9. & pulchrius Menochius consil. 326. num.36.Osasc.consil.74.num.16. & 22.Cephal.646.num.40.& 75. & plures alij quos copiose retuli in 12.& vltimo fundamento huius secundæ partis,quod precor perlegatur denuo integrũ, quia(ni fallor) sunt pulchræ,& efficaces considerationes, & authoritates innumeræ, quæ ibi referuntur.

SECVNDO Respondeo
† præfatam Bartoli opinionem in 242
l.quamdiu.procedere, quãdo medius gradus substitutionis est caducus, & in causa caduci, si vero sit nullus, quia pro non scripto , tunc secus

ſecus eſt. Quia in legato, vel ſubſtitutione pro nõ ſcripta, non tranſit onus fideicommiſsi per text. in l. vnica. §. in primo, ibi. *Nullo grauamine, niſi perraro in hoc pro non ſcripto ſuperueniente*, & iſte eſt caſus noſter, quia ſubſtituti ſunt actiuè, & paſſiuè filij, & deſcẽdentes Catherinæ, & Violantis, qui non erant, neque vnquam fuerunt in rerum natura: ideo onus hoc fideicommiſsi in illis gradibus merito cenſetur pro non ſcriptum, & cæteri ſequentes pereunt, & caducãtur, vt in noſtris terminis docet Paul. conſil. 394. in fine lib. 1. Corneus cõſil. 199. lib. 2. num. 32. & conſil. 298. num. 7. volum. 3. ſubſcriptione 2. Bart. & relati à Decio. conſil. 427. nu. 9. pulchrè Alcia. videndus conſil. 44. lib. 9. num. 30. Sforc. Peruſ. de compendioſa. 6. part. q. 1. art. 1. Menoc. 326. num. 35. verſic. reſpondetur. & his non relatis Zancus. in §. cũ ita. numer. 43.

E T Eleganter confirmatur ſuperior ſolutio, quoniam etſi ſæpe-
243 numero onus, † conditio, aut qualitas adiecta inſtituto, vel legatario ceſeatur repetita in ſubſtituto, pręſertim ſi conditio ſit poteſtatiua. l. quæ conditio. 2. reſpon. de cond. & demonſt. & in l. ſub conditione. de condit. inſtit. l. licet Imperator. de lega. 1. l. ſi Titio & Meuio. §. Iulianus. de lega. 2. d. §. pro ſecũdo. d. l. vnic. & vtrobiq. DD. & in l. nõ iuſtam. C. ad Trebel. Mãti. de cõiect. lib. 10. tit. 6. n. 2. Menoc. lib. 4. præſumptione. 178. nu. 16. & 28. cum aliis. Veruntamen † ſecus eſt in in- 244
ſtitutione, legato, vel alia quacũq; diſpoſitione pro non ſcripta, quia cum diſpoſitio ſit pro non ſcripta in perſonam illius, cui onus, qualitas, aut cõditio iniũgitur: ſic etiam onus, qualitas aut conditio pro nõ ſcriptis ſunt, cùm nõ ſit perſona, in quam ſermo dirigitur. l. quidam reſerunt. de iure codicil. vbi Bal. omnes in. d. l. vnica. §. in primo. Ang. Rapha. Flor. Alex. Iaſ. nu. 47. in d. l. licet. gloſ. clara. & DD. in d. l. non iuſtam. Cuma. & Imola in d. l. quæ conditio. Crot. in l. reconiunċti. de lega. 1. nu. 102. vbi Rip. n. 190. Menchaca de ſucceſſ. progreſ. libr. 3. §. 30. n. 57. Conanus. commẽt. iur. ciuil. lib. 9. c. 6. n. 4. Bertazol. conſ. ciuili. 65 num. 1.

R A T I O Diferẽtiæ eſt, quia
† gradus caducus à principio fuit 245
validus ſaltim habitu, & potentia. Vnde cùm conſtet validè voluiſſe teſtatorẽ hæreditatẽ à grauato abdicare, & in ſequẽtes transferre iuſtum eſt, vt ex caducitate contra teſtantis mentẽ hæreditatem non retineat, & ideo hæreditas manet cũ eodem onere penes primum grauatum, vt aduertit Ruin. conſil. 96. num. 9. & conſi. 99. num. 14. vol. 2. ſed in ſubſtitutione pro nõ ſcripta
† hæc volũtas teſtatoris, neque ha- 246
bitu, neque potentia ab initio ſubſiſtit, vnde eum pro non ſcripta ſit, nulla eſt ratio cur hæreditas non maneat penes primum; quia voluntas teſtatoris illi non reſiſtit, cùm

cùm pro non scrip ta sit, Et hoc est quod ingenue, & eruditissimè præsentit Oldr. d. cons. 177. quod sub
247 stitutio facta † de eo qui non nascitur est omnino inutilis, quia plus nullitatis est in eo quod a principio non subsistit, quàm in eo quod ex post facto deficit. Et confirmari potest ex traditis à Cephalo. cons. 649. num. 20. & ab Osasco consil. 74. num. 19.

TERTIO respondeo Barto-
248 li doctrinam limitari, † vt caducentur gradus sequentes caducato medio gradu, quando substitutio facta est per verba restrictiua, & limitatiua, & sic vt doctrina Bartoli & aliorum ex text. in d. l. vnica. §. sin autem. C. de caduc. tollen. non procedat, quando substitutus vocatur cũ aliqua dictione limitatiua seu restrictiua, ita in terminis docent Alciat. cons. 492. nu. 28. in fine dicẽs hunc casum esse magis clarũ idem dicit Rubeus Alex. consil. 31. num. 5. & Menoch. consil. 326. num. 16 quod confirmari potest ex multis quæ supra tradidimus.

249 SED in substitutione † filiorum Catherinæ ad sunt hæc verba *en el dicho tiẽpo*, & postea additur, *en el dicho caso*, sic in substitutione Violantis adsunt dicta verba, *en el dicho tiempo & en el dicho caso*, & in substitutione Francisci & aliorum dicitur *en el dicho caso*, & ponuntur alia verba quæ dispositionem restringunt, & limitant ad casum expressè, specialiter, & indiuiduo expressum per plura quæ diximus nu. 35. Ergo caducatis mediis gradibus filiorum Catherinę & Violantis, cęteri omnes gradus caduci censeri debent: prout vbi solum erat appositum verbum restrictiuum, *in dicto casu*, ita censuerunt Alciat. d. numer. 2. & Rube. Alexand. d. nu. 5. Conferunt multa quæ de verborum restrictiuorum vi, & de foris pręcipientibus cartæ standum esse impedientibus extensionẽ vllomodo fieri tradidimus copiose supra a quinto fundamẽto vsq. ad vndecimum huius 2. partis.

TANDEM vltimum fundamentum aduersæ partis, dum in eo
dixim us, † ex verisimili mente pro- 250
tendendum esse fideicommissum de vno casu ad alium, ex §. & quid si tantum ex l. Titius. §. Lucius de vulgari. ex l. qui ventri. de ventre in poss. mitt. ex l. final. C. de instit. ex l. final. C. de posthu. hæred. instit. minus certè obstat, & vt radicitus subleuetur animaduerto (pręterquã quod in superioribus ab solutissimè sublatum est) inferiora.

HOC fundamentum, & ratio vltima ita diluenda est, vt prius legibus superioribus responsio, & verus intellectus tribuatur, postea vero generale assumptum ex eis collectum.

ITAQVE §. & quid si tantum

L &

& l. final. C. de institutionibus loquuntur, quando
251 quuntur,quando † casus expressus est vnus de contentis in vulgari, sicque conditio est necessaria, quo casu cum dictio taxatiua, *eo casu & tempore*, in illis legibus scripta non sit, sicut scripta est in hypothesi nostra, extensio in conditione necessaria ex communi sententia, & ratione supra relata permittitur, quia testator magis effectum, quàm verborum figuram, & nudum factum considerauit, ita respōdet Soc. egregie declarans consil. 76. nu. 6. vol. 3. Alcia. d. consil. 44. lib. 9. nu. 24. Cepha. consil. 649. nu. 70. Menoc. consil. 171. n. 27. & 29. & cons. 326. num. 21. & 22.

MINVS certe obstant l. Titius
252 §. Lucius & l. fin. C. de posth. hæred. inst. quoniam illis iure optimo satisfaciunt eas declarantes Dec. consil. 394. num. 9. Menoc. d. cons. 161. nume. 26. & cons. 326. num. 19. & 22. Cepha. supra numer. 75. At l. qui ventri dissoluitur & declaratur a Cephalo supra pulchrè nu. 67. & l. cum mulier ad Trebell. a Menochio cons. 243. num. 27. & 55. sed quo clariora sint omnia: huic generali assumpto, ex mēte à coniecturis ducta fideicommissa non solum protendi, sed & induci, quia mentem tanquam finem, & sic potiorem mediis, idest verbis, metrum & mensuram esse oportere ad respondendum de iure, maximè cùm ratio conseruandi agnationem sit vnica, à qua sicut, si esset expressa, licere arguere dicūt, & dispositionem protendere, huic inquam assumpto variè respondeo.

PRIMO assumptum hoc esse
† fallacissimum, friuolum, & inualidum, sicut sunt coniecturæ, à quibus ducitur Corneus 175. num. 2. vol. 4. & expresse asseuerat Beroi. consil. 63. num. 36. cons. 99. num. 12. vol. 2. Aym. 161. num. 17. & 18. Roland. cons. 56. nu. 24. vol. 3. Cepha. 433. nu. 34. & cons. 68. in fine Cicero, diuus Augustinus & relati supra fundamento quarto. 253

Dixi autē † periculosū & falacissimū: vt per Beroi. vt per consi. 63. nu. 36. & 99. nu. 12. vol. 2. Aymon. cons. 161. nu. 17. Roland. cons. 56. num. 24. & 25. vol. 3. Cepha. cons. 433. num. 34. vol. 3. Borgn. decis. 5. nu. 4. in 3. parte. Quoniam tanquam † longe distantes non intuentes defuncti voluntatem sæpenumero in ea coniecturanda erramus Arist. 1. Ethic. Cicero. lib. 2. de diuinat. Bald. in l. precibus nu. 22. Dec. 89. nu. 1. Mar. Iun. 78. in 3. nume. 2. Aymon. 89. in fine. Et difficilimum est † prophetarum munus assumere, abditam defuncti voluntatem ex coniecturis, inquirentes, Aymon. 155. num. 10. elegantissimè Zancus in dicto. §. cum ita num. 143. 254 255 256

EST etiam † hoc generale asſūptum pernitiosissimum, quoniam ex eo tantas alterationum moles 257

exoriri

exoriri videmus, quantas enumerare impoſsibile eſt. Quoniã cùm ex voluntate defuncti huc, atque illuc ex coniecturis cuiuſcumque hominis ingenio agitata, facile ſit omnia inuoluere Crotus in §. diui. num. 3. l. filius familias de legat. 1. huius fallacis aſſumpti præſidio nõ ſolum defunctorum ordinationes aduerſus clara verba, verum etiam regulæ iuris receptiſsimæ captioſis quibuſdam ſubtilitatibus, cum defunctorum, & rei publicè detrimento in ſingulos dies ſubuertuntur, Aym. 161. num. 18. Borgn. d. deciſ. 5. num. 4. in 3. parte.

258 QVAMOBREM † hæc periculoſa, & communis cantilena, & generaliter, & verè ita cautè interpretanda eſt, vt ex coniecturis, & mente protendi poſſent fideicommiſſa, ſicut ſupra in ſeptimo fundamento animaduerti, quando mens non eſt omnino tacita, ſed ea continetur in verbis, vel generaliter, vel ſaltim impropriè ſumptis: alioquin volũtas ſine verbis etiam valdè veriſsimilis non attenditur. Quia ea ſola non poteſt reddere actus humanos eſſentialiter perfectos DD. in l. quidam cum filium de hæred. inſtit. & in l. in ambiguo. vbi Soci. num. 10. de reb. dub. pulcherrimè Alexand. conſil. 139. videndus vol. 6. quem omnes ſequuntur & deduxi latiſsime in prima parte num. 68. & in 2. parte 7. fundamento. Curt. Iunior. 57. nu. 6. 121. numer. 7. Ruin. 29. num. 11. cõſ. 90. n. 2. cõſ. 156. n. 6. conſ. 177. lib. 2. Natta 667. nu. 15. Borgn. deciſ. 5. nu. 35. 3. parte Barboſa in l. ſi cum dotem ſol. mat. nu. 45.

IDQVE procedit, etiamſi † mẽs ducatur ab acuta, & prudenti imaginatione, quoniam ſubductis verbis nihil proficit, Mantica lib. 3. titulo 2. a princ. & num. 3. late Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo. libertis num. 18. & in l. 15. connub. gloſſ. 7. num. 171. Gabr. pulchre conſ. 111. num. 11. dicens num. 12. adhuc ſtantibus aliquibus verbis † veriſimilitudinem opportere eſſe tantam, quod aliud credi non poſſit, alioquin adhærendum eſſe regulæ l. non aliter de legat. 3. 259 260

IDEM profitetur Gabriel cõſ. 65. nu. 3. maxime in materia fideicommiſsi, † quia cum preſumptio legis ſit contra eum tanquam odioſum l. cohæredi. §. cum filiæ de vulgari: & pro hærede, vt minus cẽſeatur teſtator illum grauare: coniecturæ hominis ineficaces ſunt, & nihil proficiunt ad legis præſumptiones vincendas Menoc. optimè conſil. 85. quia inferior non habet poteſtatem in ſuperiorẽ, vt animaduerti ipſe in meo reſponſo ſuper opido de Bierlas, & latiſsimè omniũ Zancus omnino videndus in dicta §. cum ita num. 133. vbi nu. 145. ita conciliat has cantilenas contrarias, attẽdendam eſſe mentem, † & non eſſe recedẽdum a verbis, quæ quoties deficiunt imbecillitas 261 262

intellectus est, omittere certitudinem verborum, & coniecturas inquirere Bar. in l. cōtinuus in §. cum ita de verbor. obligat.

263 IDCIRCO † ad detrahēdum verbis nunquam mens inquirenda est, quia propter inanem subtilitatē sæpenumero in coniecturanda mente testatoris, & ea diuinanda erratur, Corn. consil. 91. nu. 2. & 8. vol. 1. Conferunt vehementer ea quæ in superioribus deduximus ex Glossa magna, & Bald. num. 10. in l. vnica de his qui ante apert. tabul. quam communiter omnes sequuntur Soc. Iun. cons. 29. num. 2. in 4. Tiraquel. vbi sunt concordantes in d. l. 15. Gloss. 7. num. 171. Mant. lib. 8. tit. 1. num. 23. Molin. de primogen. hisp. lib. 1. c. 4.

264 ET quādo † coniecturæ aliquo casu admitterentur, istæ proficerēt tantum ad declarandum fideicōmissum inductum, non tamen ad inducendum per extensionē, quod secundum verba defecit & hoc casu coniecturæ ex verbis deductę debēt esse certissimæ, infallibiles, voluntatem, & veritatem ante oculos iudicis ponentes, & necessario inferentes id quod prætenditur, Mandelus cons. 29. num. 7. & cons. 31. num. 22. Cepha. cons. 414. num. 7. Menoch. consil. 399. num. 5. Petra de fideicom. q. 9. n. 62. Hic vero nullę cōiecturæ huiusmodi sunt, & quando essent, repugnātibus verbis non proficiunt, vt sæpè numero admonui.

CVM igitur in proposito † casus non natiuitatis filiorum Catherinæ, & Violantis comprehēdi nulla ratione possit propriè, neque impropriè ex verbis expressis mortem dictorum filiorum, & descendentium, & ex consequenti in necessarium antecedens natiuitatem inferentibus Gabr. consil. 95. num. 1. vol. 1. Mant. d. lib. 11. tit. 6. nu. 2. in fine Ribas in consil. oppidi de figues num. 29. impossibile est extensionē facere de casu natiuitatis, & mortis ad casum non natiuitatis, neque generaliter, neque proprie, neque impropríe verbis comprehensum. 265

TANDEM non vrget ratio vnica (quam pro expressa haberi oportere dicebamus) voluntatis perpetuādi bona in familia, & conseruandæ agnationis. Quam in vltimo contrario deducebamus ex prælatione masculorum, ex delatione armorū, ex prohibitione de non alienando, ex pluribus substitutionum gradibus, & ex aliis ibi deductis.

EQVIDEM varie, & vere respondeo. Primo † studium & vo- 266
luntatem cōseruandi agnationem ex supradictis coniecturis, & aliis multis in proposito deprehendi nō posse, imo apertissimè mentē huic fini, & proposito resistere. Quoniā cum fœminæ nomen, & agnationem non conseruent, imo illam, & familiæ dignitatem perimant l. pro nun-

nuntiatio.§.familiæ de verb. signifi. Pau. in l. maritus num.5.de procurat.Gozad. consil. 45. nu. 8. 79. num.4. Ruin.208. num. 7. in 3.Paris. 6 num. 16. in 3.Dec. 516. num. 16. Curt. Iun. 111.num.10. 113. nu. 4. Soc. Iun.103.num.2. in 2. Aymon. 180. num.10.Alba.51. nu. 8. Ripa.lib.2. respons. c.2.numer.10. Gabr. consil.32. n. 45. in 1.Osasc. decis. 177. in primo Anchar. Regien. quæst.72. numer.20. parte 3. Menoch.conf.95.num. 17. 150.nu. 36. 204. num.26. 205. num.18. & in eodem casu consultus Burs.cōs. 228.num.21.Auend in l. 40. Tau. Gloss. 3. num.17. Salazar de vsu & consuet. c. 12. num.21.

ITAQVE Respondeo ex hu-
267 iusmodi assumpto † me initio huius responsi verissimè animaduertisse,& intulisse, Ramirum supradicta vincula, & fideicommissum cō stituentem,cùm initium in Contesina fœmina illi præstiterit,& ad illud descendentes ex fœminis vocauerit,esse impossibile, quod agnationis conseruationem fuerit contēplatus.Et in terminis ita profitentur Molin.in cosuet.§. 16. a princ. Couar. in c. Rainaldus in princ. nu. fi. de test. Mant. lib. 8. tit. 11. nu.7. Molina de primog. lib. 3.c.5. nu. 48.Auend.in l.49.Tau.Gloss. 9. num. 74. Magon. decis.Lucensi.7.nu. 16. Ergo cum in fideicommisso,in quo versamur,agnatio cō templata non fuerit, à ratione conseruationis illius arguere ad protendendum fideicommissum est impossibile.

SECVNDO Respondeo,† e- 268
tiam si essent vocati in proposito masculi ex masculis, in quibus studium, & ratio conseruandi agnationem considerari potest, falsum esse asserere, ex ratione vnica agnationem conseruandi censeri fideicommissum factum, vt ex ea tamquam si esset expressa argumētum dessumi possit ad protēdendū fideicōmissum,vel si malis ad comprehendendum ex vnica ratione casus, & personas verbis non expressas. Quoniam verius est,non præsumi vnicam rationem conseruandi agnationem, sed plures, & dicentem esse vnam,id probare oportere,etiam in dispositione legis vocante masculos exclusis fœminis (quod fortius est) Alex. in l. si constante num.5 vbi post Imolam Ripa.num. 65. solu. matrimonio Ias. in l. 1. de success. edic. numer. 4. Gozad. cons.103. num.19.Tiraquel. de cau. cessan. limit. 21. nu. 11. Euerar. in Topic. c. ab extensione legis, Burgos de cōmuni. in l.1.Tau.num.54. Cepha.cōs. 408. num. 97. Beccius ad Iassonē cons. 24. litera N, volum. 1. Burg.180. num. 50.

QVANTO magis in dispositione † hominis , cuius voluntas 269
variis,& vehementissimis affectibus huc,& illuc flectitur , & ducitur, ideo in eius dispositione verius

rius est vnicam rationē agnationis conseruandæ præsumi non posse, vt aduertit Molina. lib.3.de primo gen. c.5. numer. 26.& præter eum Corneus, Gratus, Dec. Paris. Molineus relati ab Albarado de coniecturata mente lib.2.capit. 3. §.4. numer. 8.

Tertio respondeo, quòd etsi in
270 huiusmodi † fideicōmisso studium conseruandi agnationem considerari posset: illud ex variis etiá coniecturis collectum non multiplicare, neque protendere substitutionū gradus vltra disposita, neque effice re, vt substitutiones conditionales sint puræ, ita vt conditionum defectus nihil efficiant, neque substitu tiones extinguant. Alioquin (vt inquit prudenter Baldus in terminis nostris cons.254. vol.2.) qua inten tione, & mente essent conditiones adiectæ in substitutionibus, nisi aliquid operarentur, & hanc assertionem respondendo coniecturis in dicantibus studium conseruandi agnationem, vt illæ attendátur solum in casibus, in personis, & sub conditionibus expressis, ne omnia ista frustra in testamentis scripta in telligantur, docēt in elegantissimis consultationibus Alex. consil. 59. vol.3. Soc. 116. num. 4. in 3. pulchre Rubeus cons.120.num.9.Gozad.30. n.17.Purpur.217.n.18.optimè Dec.287. nu. 9.& 636. nu. 12. Aymo.328.num. 4. Gabr.132. num. 22. Idcirco Socinus Iunior cons.155.num.10. vol.1. inquit non esse multiplicandas,† aut somnian 271
das substitutiones vltra disposita, ob studium agnationis conseruandæ, alioquin vna substitutione data, res in infinitum obiret. Quod ridiculum esse ait idem Soc. cons. 57. num.7. in 4. Tib.Decia.12. nu. 69. vol. 3. Menoch. cons. 85. num. 102. Cepha. consil. 477. num. 13. 510. num. 5. 544. num. 10. & pulcherrimè, quia multæ & maximæ couiecturæ suberant cons.17.Honded. cons.78.nu.36.Pret. lib. 3. interpret.3.dub.1.fol.11.num.71.Petra de fideicom.q.5. nu. 105. Borg. 3. parte decis.5. nu.65. Rimin. Iun. cons.767. nu. 43. Ergo deficientibus omnibus conditionibus, quæ defecerūt, in huiusmodi fideicommisso, inanis est quæstio de protendēdo fideicōmisso ex coniecturis, de casu ad casum, de tempore ad tempus, de personis ad personas, & tandem de conditionibus purificādis ad conditiones oppositas, & nō purificatas. Maximè † cum in collateralibus, & non descendentibus Ramiri fideicommissum constituentis versemur: quo casu difficilius extensio admittitur, argu. notat. à Claro. in §. testamentū quęst. 77. vers. aut ille & quæst. 78. vers. dico. Borgn. d. Decis.5. numer. 18. & numer. 50.

QVARTO & vltimo respon deo, coniecturas † neutiquam ad- 272
mitti posse, & mentem ab eis ductam minimè proficere; quoties verba deficiunt, vt supra late dedu xi ver-

xi vers. (Quamobrem periculosa cantilena) quantomagis verbis resistentibus, quoniam tunc mens cõtraverba clara inefficacissima penitus est, neque admitti vlla ratione potest Bar. in l. final. de reb. dub. Soc. Iun. de communi consil. 14. num. 9. vol. 4. Honded. 60 nu. 86. Crassus de successionibus. §. fideicommissum q. 4. nu. 8. Mantic. de coniectur. lib. 8. tit. 1. nu. 21.

274 ET vt accedamus magis ad casum, & terminos † in quibus versamur, animaduerto, ex hac vltima solutione interpretes omnes deduxisse, superiores omnes coniecturas, & ampliores efficere non posse, vt substitutiones protendantur, adiecta conditione negatiua si sine filiis decesserit, cõtra cõsilium Oldradi 21. imo inquiũt) deficiunt, extinguntur, & pereũt filiis relictis. Quia non possunt proficere coniecturæ ad protendẽdum fideicõmissum resistentibus verbis conditionis negatiuæ, (si sine filiis) ea deficiente, sicuti deducit elegantissime Alexand. in celebri cons. 139. vol. 6. quem in grauissimis consultationibus sequuntur Soc. 116. in 3. Ruin. 92. & 153. in 2. & 115. in 3. Ias. 66. in 3. Alci. 134. ad finem. Nata 200. num. 8. Gabr. 111. in 1. Marcab. 51. num. 13. Menoch. 85. nu. 49. Cepha. 17. Burs. 51. Tiber. cons. 4. num. 33. volum. 2. asseuerans Alexandrum optimè consuluisse, & neminem eum reprehendere, & deniq; multi alij relati à me in 1. p. huius responsi vers. Veruntamen vt vis & neruus & versiculis sequent.

SIMILITER igitur dicendum est † in terminis in quibus versamur deficiente conditione affirmatiua, (*si Catherina & Violans filios habebunt, & illis obeuntibus, &c.*) quia nunquam fuerunt nati, & ita nunquam fuerunt mortui, impossibile esse resistentibus verbis huius conditionis negatiuæ quæ defecit tentare harum substitutionum extensionẽ, vel inficiari peremptionem & extinctionem omnimodam earum. Quia resistunt verba natiuitatis, & mortis: quo casu est impossibile mentem & coniecturas attendere, & ex eis velle protendere fideicommissa. 275

ET ita profitentur in conditione † affirmatiua natiuitatis, & mortis filiorum in elegantissimis & vrgentissimis casibus infiniti prope consulentes, quos retuli in hac secunda parte in primo fundamento in versiculo. Initium vt ab authoritate gruissimorũ hominum: sed interim inter multos à me relatos perlegantur quæstionem hanc in terminis in fauorem nostrum resoluentes, & ex profecto latissimè eam per tractantes, Alcia. cõs. 44. numero 20. lib. 9. pulcherrimè Cephal. consil. 649 per totum latissimè Osas. consil. 74. Menoch. cons. 171. & consil. 223. & 326. 276

PRÆ

PRÆTER solutiones autem
277 generales, † & declarationes prudentes assumpto superiori ex coniecturis,& mente ducto attributas, de singulis coniecturis de prælatione masculorum, delatione armorum, prohibitione de non alienando,pluribus substitutionum gradibus in tertia parte despiciemus & declarabimus vim nullam coniecturas superiores ad protendẽdum fideicommissum accómodare, aut impertiri posse.

SED vltimo pro choronide huius secundæ partis meminisse oportet,† ex eo quod versamur in 278 conditionibus voluntariis coniecturas nullas proficere, vt extensio admitti posit de vno casu ad alium, maximè oppositum,& contrarium, sicut sunt casus natiuitatis & non natiuitatis in quibus versamur, præsertim stantibus verbis restrictiuis, & foris præcipientibus cartæ standum esse:cùm prædixerimus,omne genus interpretationis extensiuæ ex illis esse penitus sublatum. Quæ cum ita sint,clarum, indubiũ, & ineuitabile est assumptum nostrum : quo contendimus substitutiones dictorum quatuor fratrum, & descendentiũ masculorum illorum, & sic Don Christophori aduersarij factam sub conditione natiuitatis,& mortis filiorum, & descendentium masculorum Catherinæ & Violantis penitus expirasse, & funditus defecisse.

DENIQVE † resistentibus,& repugnantibus dispositionibus legum nostrarum inhibentibus præ- 279 cisè extensionem, & illis subductis resistentibus, & repugnant bus verbis dispositionis, & testamenti ipsius Remiri,sicut resistunt (vt sæpenumero prædixi) coniecturæ a quoquam cordato, & prudenti iurisconsulto respuendæ sunt, & penitus extirpandæ. Alioquin in incerto semper ducerẽtur dispositiones, si vnicuique liceret pro arbitrio, & ingenio suo præter verba, & contra verba, & dispositionem claram, mentem effingere,& ex ea arundinis vento agitatæ similitudine, verba dispositionum aperta, & regulas iuris receptas inuertere, & immutare.

ARBITRIVM autem † non 280 debet proprio sensu, & cupiditate duci,neque ex proprio cerebro depromptum esse, sed legibus alligatũ, vt elegãtisimè docet Simancas de instit. Cathol. tit. 46. nu. 85. viuẽdus Meno. in initio de arbitr. n. 4 & præter eos Rolãdus de confect. inuent. vers. quid si testator num. 2. Constantinus Rogerius de summo bono. vers. tertio principaliter videndum nu. 5. Selua de benefic. 2. p. q. 1. nu. 26. Lancel. de attent. c. 15. nu. 101. Medic. diffi. 19. num. 13. Ioseph. de Rust. in tract. quan. libe. in cond. lib. 5. c. 8. nu. 6. Petr. Surd. in tract. de aliment. lib. 4. q. 13. nu. 3. vbi citat Borgn. plures referentẽ de tutore n. 301. Io. Red. de Maiest. Princ. verb. sed etiam legibus. nu. 55. Moron de Treua,& pace q. 118. n. 13. Sonsbech de feud. p. 15. n. 25.

SED

281 SED Pulcherrime Cicero † in oratione pro Aulo Cluenc. fol. mihi. 124. Est enim (inquit) sapientis iudicis, meminisse se hominẽ, cogitare tantũ sibi esse permissum, quãtum commissum, & creditum, & non solum sibi potestatem datã, verum fidem habitam esse meminisse, & semper non quid ipse velit, sed quid lex, & religio cogat, cogitare, & animaduertere. Et paulo inferius inquit, illud esse magni hominis & sapientis Iudicis, cùm illã iudicandi causa tabellam sumpserit, non se putare esse solum, neque quodcumq. cõcupierit sibi licere, sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium, inuidiam, metum, cupiditatesq. omnes amouere, maximiq. extimare conscientiã mentis suæ, quàm ab diis immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non potest, quæ si optimorum consiliorum, atque factorũ testis in omni vita nobis erit, sine vllo metu, & summa cũ honestate viuemus. Oportet iam ad tertiam partẽ cursum orationis nostræ dirigere, in qua breuius, quæ restant explicanda ad progressum harum substitutionum, dilucide tradentur.

SVMMARIVM APPENDICIS vsque ad finem Secundæ partis.

282 *DIFFICVLTAS post æditionem secundæ partis animaduersa proponitur, & subtilissime explicatur.*

283 *Verbum deficere, casum natiuitatis & mortis & casum non natiuitatis comprehendit.*

284 *Conditio si Catherina moriatur sine filiis & filij eius sine filiis debuit in persona Catherinæ & filiorum copulatiuè verificari.*

285 *Oldradus consil. 177. procedit etiam vbi substitutio fit in casu quo institutus decedat sine filiis, & filij eius sine filiis.*

286 *Conditio si Catherina decesserit sine filiis & eius filij sine filiis potuit copulatiue verificari, si Catherina filios habuisset, qui matre superstite sine filiis decesissent.*

287 *Copulatiua etiam ex mente & coniecturis contra proprietatem & rigorem verborum in alternatiuam resolui non potest, quando adsunt verba alternatiua, vel quando cartæ standum est.*

288 *Substitutione prima dissoluta cæteræ omnes per copulam continuatæ connexæ & cathenatæ dissipantur.*

289 *Substitutiones sequentes per copulam continuatæ censentur factæ retento eodem themate & verificata prima forma substitutionis antecedentis.*

290 *Substitutiones censentur in dubio continuatiue factæ non nouiter inductæ.*

291 *Substitutiones omnes post gradum Contesinæ factæ defecerunt, quia tempore mortis Contesinæ Catherina,*

na, nec fuit matrimonio collocata, nec filios habuit.

292 Masculi Catherinæ ex natura verborũ restrictiuorum solum possent admitti si Catherina esset matrimonio collocata, & ipsi nati tempore mortis Contesinæ, non si postea nascerentur.

293 In substitutione passiua masculorũ Catherinæ, cẽsentur Catherina & eius filij, cõtemplati eisdem modis quibus contemplati fuerunt in substitutione actiua eorundem.

294 Grauamen iniunctum in substitutione passiua amplius protendi non potest quam honor impensus in substitutione actiua.

295 Conditio deficientiæ masculorũ non restricta ad certum tempus purificatur quocumque tempore descendentes deficiant.

296 Conditio deficiẽtiæ masculorum ad certum tempus nõ restricta in substitutione passiua refertur ad tempus & casum substitutionis actiuæ.

297 Abbatis, Rubei, Cornei, & Mariani Iunioris pulchræ decisiones ad propositum referuntur.

298 Substitutio passiua iniuncta masculis Catherinæ sub conditione (si Catherina decesserit sine filiis, & filij sine filiis declaratur à substitutione actiua, vt procedat quando Catherina tempore mortis Contesinæ esset matrimonio collocata.

299 Vnitas orationis & substitutionum connexitas efficit vt tempus vnam qualificans alteram qualificare cẽseatur.

300 Conditionis natura est, vt detrimentum inferat substituto fauorẽ vero impendat grauato.

301 Fideicommissum odiosum est, & vt euertatur interpretatio indubio facienda est.

302 Hæredem minus grauari semper interpretandum est.

303 Oldra. consil. 177. ea potissimum ratione ab aliquibus impugnatur quod si disponens cogitasset casum non natiuitatis, in illo disposuisset.

304 Oldrad. consil. 177. indubie procedit vbi constat de casu non natiuitatis cogitasse in aliquo speciali casu.

305 Filiorum natiuitate non reuocatur patris donatio quando disponens de illis cogitauit. & num. 306.

306 Casus non natiuitatis in vna parte expressus, in alia parte studiose cẽsetur omissus.

307 Fideicommissa sui natura odiosa, & inextendibilia sint.

APPENDIX SECVNDÆ PARTIS.

282 CVM Absoluissem † nõ mediocri studio, sed dexteritate qua potui, secundam huius responsi partem, & in ea perdifficilem materiam dilucide, & clare in lucẽ emisissem; in illaquè præter omnes scribentes aliqua ad caducitatis materiæ explicationem non contemnenda animaduertissem Lodoicus de Casanate Iuris doctor, cui responsum hoc commisi, vt illud prælo mandaret, & imprimi curaret, acutissime de more obicem, quem mente cõceperat, retulit, precatusq. est, vt illud diluerem, & subducerẽ: idcirco vt ei morem gererem, referam obicem, & solutiones breuissime.

ITA-

ITAQVE Acutissimus, & charissimus Lodoicus asserebat, difficultatem sibi produxisse consi derationem hanc, veriorem nempe, & receptiorem Oldradi senten tiam consil. 177. ingenuè eum fateri ex rationum pondere, & vi, & authorum numero, & grauitate, quos ego retuli, quæ cótinet substitutionem factam in casum natiuitatis, & mortis in casum nó natiuitatis locũ sibi vindicare non posse. Verũtamen eam in hypothesi proposita suo iudicio dicebat difficilẽ reddi posse, ex eo quod non solum in casum natiuitatis, & mortis filiorum Catherinæ substitutio facta se periatur, sed in casum etiam nó natiuitatis. Cùm expressè facta sit, casu quo Catherina sine filiis decessisset, qui casus euenit, & propterea hoc casu non videtur procedere consilium Oldradi, quia hic substitutio facta fuit in casum natiuitatis, & non natiuitatis filiorum Catherinæ: sed admittendum esse cõsilium Decij 227. qui cõtra Oldradum consuluit, non solum ex coniecturis, & mente vnum casum ad alium protendendo contra cõmuniorem, & veriorem à nobis relatam, sed ex verbis, quia verbum † deficere ibi in substitutione cõscri
283
ptum vtrumq. casum cõtinere docuit, quem sequitur Soc. Iun. consi. 181. vol. 2. & alij pleriq. quos de in dustria omitto.

DIXI Obicem acutissime fuisse expẽsum, quatuor tamẽ mediis verissime dilui & subleuari. Primò itaq. † respondeo in propo- 284
sito conceptam fuisse substitutionem non simpliciter, casu quo Catherina sine filiis decessisset, sed copulatiue, si illa decessisset sine filiis, & filij, & descendentes illius sine filiis. Quamobrem cum Catherina sola fuerit mortua sine filiis, filij autem eius non fuerint mortui sine filiis, quia cum nati non fuerint, mori non potuerunt, defecit substitutio: quoniam ad illius verificationem ex propria significatione copulæ concursus duorum moriẽtium sine liberis requirebatur pulchre Paul. Castrens. consil. 219. numer. 1. volu. 1. Et ita versamur † in 285
terminis consilij Oldradi, vt substitutio facta in casum natiuitatis & mortis filiorum Catherinæ, eis nõ natis penitus deficiat: ita in terminis elegantissime deducit Ruinus consil. 96. nume. 18. volum. 2. quẽ extollit doctissimus Beccius consi. 39. numer. 23. idem Ruinus consil. 172. & copiosius consi. 175. num. 6. volu. 2. vbi substitutio facta casu, quo Angelus, & eius filij sine filiis decederent (qui casus vere noster est) ex sententia Ruini defecit penitus, quia Angelus tantum decessit sine filiis, & non eius filij, quia nulli nati fuerunt, propterea quod ex pluribus conditionibus mortis nempe Angeli, & mortis filiorum Angeli sine filiis, prior tantum fuit verificata mortis Angeli, & non mortis filiorum ipsius, quæ † veri- 286
ficari poterat morientibus filiis

Angeli ante eum sine filiis, & obeunte postea, Angelo sine eis, & Ruinum sequuntur Zácus. 7. part. nu.26. & Osascus infra relatus, & idem Ruinũ acerrimè tuetur Alciatus consil. 44. omnino videndus. numer. 19. 20. & multis sequentibus libr. 9. & Alciatum sequitur in casu nostro, & consilij Oldradi Menochius consil. 171. numer. 19. & consil. 243. nume. 7. & consil. 326. numer. 3. & Paulũ, Ruinum, & Alciatum sequitur Bursatus consil. 19. numer. 4. & cum multis elegantissimè Osascus cõs. 74. numer. 30. ex quibus deprehenditur clara breuis & vera resolutio obiectionis propositæ.

ET Quamuis non ignorẽ Decium. dict. consil. 227. & alios contra Ruinum tenuisse, & contra consilium Oldradi, hæc tamen contra Decium Socin. Iun. Mant, Tiber. Crassum & alios relatos supra numer. 98. communior & verior est, vt cum multis clare ostendi & probaui supra num. 126.

PRÆTEREA Animaduerti supra, & nunc expendo Decium dict. consi. 227. & omnes qui illum sequũtur contra Oldradum relati supra numer. 98. apertissimè
287 profiteri † ex rigore, & proprietate verborum substitutionem defecisse, sed ex coniecturis, & mente eam protendẽdam esse de casu natiuitatis, & mortis ad oppositũ, vt animaduerti supra num. 152. & in proposito proprietatem copulatiuæ omittendam esse, & ex mẽte in alternatiuam esse resoluẽdam, quæ cum ita sint, luce clarius demõstraui, in casu nostro ex mente, & coniecturis à proprietate verborũ recedi nõ posse, & multo minus posse interpretationes extensiuas admitti, impedientibus has interpretationes verbis restrictiuis. *En tal tiempo, y en tal caso.* & multo fortius impedientibus illam foris nostris præcipientibus, cartę standum esse vt copiosè deduxi supra nume. 42. & num. 179. Et denique huc reuocanda sunt duodocim fundamenta in hac secunda parte pro tuitione consilij Oldradi 177. adducta, quæ huiusmodi interpretationem, & extensionem penitus subleuant, & subducunt.

SECVNDO Respondeo substitutiones † plures factas sub 288
vna structura verborum, continuatiuè, cũ copula, & cęteri factas sub eodem themate, & forma prima retenta, ita vt per copulam connexę, & cathenatè, prima dissoluta cęteræ dissipentur, egregie Ancharr. consil. 137. Cuman. consil. 118. pulchre Alexand. consil. 24. numer. 5. in 3. vbi apostilla axioma hoc subtile & vtile esse admonet, & Ancharranum sequuntur Aym. consi. 205. numer. 5. Menoch. consil. 106. numer. 292. & pulchre consil. 319. num. 16. Gabr. consil. 117. numer. 3. Natta consil. 200. nume. 5. & 6. Cephal. cõsil. 17. eleganter Zucard. in

l.1.C.de pactis.num.276.Petra de fideicom.q.6.num.7.Peregr.de fideicom.q.15.nume.29.qui omnes
289 asseuerant, † substitutiones sequentes,quando continuatiuè per copulam,scilicet factæ sunt, censeri factas retento eodē themate,& verificata prima forma substitutionis antecedentis, & præter superiores interpretes plures alios in eandem sententiam adduxi referendo hypothesim Ancharrani, & aliorum grauissimorum Iuris consultorum supra in prima parte à num.46.vsque ad nu.69. & præsertim nu.51. quo lectorem relego & ibi nu.56.
290 animaduerti in dubio † plures gradus substitutionum censeri continuatiuè factos, non nouiter inductos ex Aymone cons.63.num.14. & Rimin.Iun.cons.736.nume.131. videatur precor hypothesis Ancharrani relata.dict.num.51. ad explicationem clariorem huius secūdæ rationis.

SED In proposito primū thema,seu prima forma substitutionis
291 actiuæ † filiorū Catherinæ,in qua ipsi fuerunt vocati, & ipsa nominata talis fuit. *Si dicta Catherina Contesina decedente sine filios eo tempore, & casu fuisset matrimonio copulata, & filios habuisset,* ergo substitutiones sequētes gradatim,& successiue factę de descendentibus ipsius Catherinæ, & tandem substitutio passiua facta sub conditione si illa decessisset sine filiis,& filij eius sine filiis, eodē themate retento, & prima forma verificata intelliguntur factæ, si nē pe tēpore, quo Contesina obiisset sine filiis,fuisset matrimonio copulata, & filios habuisset,cumq. prima forma defecerit,quia ea eo tēpore non fuit matrimonio copulata,neque filios habuit, substitutiones defecerunt, & sic substitutio passiua mortis Catherinæ sine filiis, & mortis filiorum ipsius sine filiis,non fuit verificata, sed penitus defecit:cum prima forma substitutionis actiue, (cuius sequella fuit,& est ista passiua, continuatiue post eā facta,) defecerit.Quę secunda ratio,vt clarius percipiatur, & eius vis vrgentius retūdat difficultatem,oportet prius,vt iam aduerti legere hypothesim Ancharrani d. consil.137. & aliorum interpretum,quos retuli d.nu.51. cum plurib.sequent. Et maxime conferunt ad declarationem huius secundæ rationis, & solutionis, quæ continuo in tertia & vltima deducentur.

TERTIO Respondeo † in substitutione actiua filiorum, & descendentium Catherinæ,expendisse nos supra num.24.fuisse vocatos cum verbis restrictiuis geminatis binas conditiones inferentibus,scilicet si Contesina decessisset sine filiis,& eo tempore,& casu Catherina fuisset matrimonio copulata, & filios habuisset, ex quo vere deduxi supra num.70.Quod si Catherina non fuisset matrimonio copulata tempore, & casu quo Contesina decessisset sine filiis, licet postea matrimonio copula- 292

retur, & filios obtinuisset, illi non fuissent vocati vt ibi ex communi resolui.

293 EX qua communi † nūc deduco substitutionem hanc passiuam si Catherina decesserit sine filiis, & filij eius sine filiis, eo tantum casu factam intelligi, quo in actiua substitutione Catherina, & eius filij fuerunt contemplati. Denique sicut Catherina tantum fuit nominata in actiua substitutione, & filij eius vocati, si tempore & casu quo Contesina obiret sine filiis, illa esset matrimonio copulata, & liberos habuisset: ita in passiua substitutione ipsa & filij sui decedentes sine filiis censentur grauati, si tempore & casu, quo Contesina moreretur sine filiis, reperiretur matrimonio collocata dicta Catherina, &
294 cum filiis: ne grauamē † iniunctum in substitutione passiua amplius protendatur, quam honor impensus in substitutione actiua contra l. ab eo. de fideicom.

ET Hinc proditum est, quod
295 licet conditio † deficientiæ descendentium non restricta ad certum tempus purificetur quocūque tempore descendentes deficiant, Alex. consil. 43. numer. 8. volum. 3. & consil. 53. volum. 6. & consil. 101. vola. 7. Chassan. cōsi. 62. num. 10. Ias. in l. si quis hæredem. de instit. numer. 10. Dec. consil. 480. num. 8. Socin. in l. solemus de condit. & demonstr. numer. 4. Burs. consi. 51. nume. 4. & ego in consil. oppidi de Santacroche.

VERVMTAMEN Hæc communis non procedit, quotiescumque † descendētes simpliciter 296
in conditione positi, & grauati essent in aliquo casu actiuè vocati: quoniam tunc grauamen iniunctū in substitutione passiua restringitur ad casum expressum in substitutione actiua, & eo tantum eueniēte, censetur grauamen iniunctum, & non aliter, ne vlterius protendatur grauamen, quā honor: ita apertè profitentur Aret. consil. 156. colum. 4. ante med. Alexand. consil. 24. colu. antepenult. volum. 3. Ancharran. consil. 137. quem sequuntur Ruinus consil. 83. colu. 3. & 96. colum. 3. & 100. numer. 7. & 171. & 104. col. 4. & 111. 113. 114. 121. 175. 180. volum. 2. & optime 228. col. penult. vol. 3. Socin. 116. volum. 3. colum. 1. Dec. consil. 384. Corn. Paris. & multi relati à Zanco. 7. part. num. 26.

AD Cuius rei cōfirmationem libuit inferiores hypotheses recensere. Abbas consil. 40. vol. 1. resol- 297
uit testatorē hæredi instituto decedēti sine filiis substituisse Federicū, & eo non extante substituisse filios suos, etsi ipse & filij eius non essent in rerū natura, substituisse Leonellū, cumq. videretur Leonellū substitui deficiētibus Federico & filiis suis quādocumq.: quoniā ea verba non extante, & illa non esse in rerū natura, indifinitè prolata sunt. Verun-

Veruntamen contrarium resoluit, quia illa verba negatiua indiffinitè prolata non sunt(inquit)intelligenda quandocunque, sed non extantibus Federico, & filiis suis tempore mortis hæredis instituti expresso, & designato in prima substitutione facta dicto hæredi sine filiis decedéti de Federico: quoniá substitutiones sequentes ad hoc tépus, & sub hac prima forma, & illa prima seruata cótinuatiuè facte censentur.

IDEM Probat Corneus cósil.186. volum.3. dicens substitutionem factam Iacobo non superuiuente non intelligi, quandocunque non superuiueret, sed tempore mortis designato in substitutione præcedenti.

IDEM Pulchre Rubeus super Comitatu Montis belli in substitutione facta sub conditione, si Iacobus non viueret, & filij eis non essent inhumanis: quoniá non intelligitur(inquit)quandocunque sed tempore designato in substitutione antecedente.

TANDEM Ex Curt.Sen. consil. 186. idem docet Mari. Iun. consil.102. numer.13. vsque ad 16. & eruditissimè idem Marian.Iun. consil. 180.num. 37. in 2.vbi Ioá. Malosellus filiam instituerat, & ei sine filiis decedenti substituit Amabiliam, & ei sine filiis decedenti Catherinam vxorem, succesit Catherina virtute substitutionis relicto filio Galeacio, qui contendebat iure fideicommissi bona sibi esse deferenda per morté matris, quia illa verba: *Nó extante Catherina*, cùm ad certum tempus non fuissent restricta, quandocumque decessisset, locum esse substitutioni contendebat. Contrarium autem multis argumentis, & authoritatibus resoluit, quoniam illa verba: *Non extante* indifinite prolata retento eodé themate, & prima forma intelligenda sunt: ita vt ad tépus mortis sine filiis hæredis instituti à Malosello referenda sint. Cumq; dicto tempore Catherina superuixerit, licet postea deficiat, fideicó • misso locus non est.

QVÆ Omnia apertissimè † demonstrant, substitutionem passiuam indifinite factam, si Catherina decessisset sine filiis, & filij & descendentes eius sine filiis, non comprehendere quodcumq. tempus, quo sine filiis decessissent, sed tempus illud determinatum, adiectum, & ascriptum, & cum verbis restrictiuis, & geminatis in præfata substitutione actiua designatú: ita vt sicut Catherina fuit nominata, & filij, & descendentes eius vocati sub ea forma, & themate, si tépore quo Cótesina obiit sine filiis, Catherina fuisset matrimonio collocata, & liberos habuisset: ita substitutio passiua sit cótinuatiuè cócepta retento eodé themate, si præfato tépore fuisset matrimonio copulata, 298

lata,&c. Ne amplius (vt prædixi) protendatur onus,quam honor, & vberior sit pafsiua substitutio, quá actiua,ex quo capite & tertia solutione penitus fuit euersa pafsiua substitutio,quáuis solutio prior nõ vrgeret,quia contenderent aliqui (perperam tamen)cõtra foros præcipientes cartæ standum esse,& cõtra verba geminata restrictiua esse conuertendam copulatiuam in alternatiuam,& protendendam substitutionem de vno casu ad penitus oppositum.

299 PRÆTEREA Expendo † superiorem solutionem egregie confirmari ex orationis vnitate, & substitutionum connexitate,quę efficit,vt tempus vnam qualificás alteram qualificari cẽseatur, pulchet textus.in l.legatarius. §. 1. de lega. 3. vbi tempus mortis qualificans delationẽ hæreditatis qualificat legatum Ancharran.dict.conf. 137. Abb. dict. consil. 40. Marian. pulchre.dict.consil.180. nume. 41. Bart.in l.Seia. §.Caio. de fundo instructo Socin.consil. 249. volu.2. Ruin.consil.91.nume.3.volum. 4. Ias.consil.228.numer.8.volum. 2. Paris.consil.111.numer.23.Euerar. consi.213.Neuiz.consil.72.nu. 14. Alcia.consil.787.numer. 1. Aymõ consil.208.& dixi in consil.oppidi de Santacroche.numer. 145. ergo tempus & prima forma qualificás substitutionem actiuá debet qualificari substitutionem pafsiuá Catherinæ & filiorum.

TANDEM Cũm natura † conditionis sit vt odium & detrimentum ad succedendum inferat substituto, fauorem vero impẽdat grauato. Bart.in l. illis libertis. de condit.& demonstr. Aret.consil.1. numer.5.Socin.Iun.consil.158. nu. 18. volum.2.ita interpretádæ sunt conditiones substitutionis pafsiuæ Catherinæ, & filiorũ suorũ (sicut supra explicui)vt detrimẽtum maius inferãt substitutis ad succedendum,&fauorem ampliorem conferant Contesinæ hæredi vt minus grauata sit. 300

PRIMVM Clarifsimũ est, quia † cũ prædixerimus hoc fideicommissum esse odiosum, vt euertatur indubio faciẽda est interpretatio. l. Lucius.§.tres hæredes. ad Trebel.l.cohæredi. §. cum filia de vulga.Natta.consi.200.Grat. Soc. & relati á Molina de primogen. lib.1.c.4. 301

VLTIMVM Verõ,vt interpretatio † semper faciẽda sit,ita vt hæres minus grauetur. probat.l. vnum ex familia.§.si rem. de lega. 2.Ruin. consil. 168. numer.10.volum.2. consil.98.numer. 15. vol.2. Socin. Iun.consil.98.numer. 19. in primo. Dec. consil. 289. numer.1. Alba.consil.29.num.7.& 31. nu.9. Pechias de testam.marit.libr.5.nu. 13.& hoc fundamentũ extollit Menoch.consil. 85. numer. 8. videndus. 302

QVAR-

QVARTO eadem difficultas ex alio etiã subtilissimè dissoluitur. Quia opinio Oldradi dicto consi. 177 in proposito etiam cessantibus omnibus supra traditis in dubio admittenda est, quoniã om-
303 nes † qui Oldradi sententiam improbant, ea præsertim ratione mouẽtur, quod verisimile sit substituẽtẽ in casum natiuitatis & mortis, si de casu nõ natiuitatis cogitasset idem fuisse facturum. Quamobrẽ ex glosa communi in l. tale pactũ. §. fin. de pact. de vno casu expresso ad alium non expressum substitutionem protendunt, vt constat ex Decio. d. consi. 227. num. 9. Iasson consi. 148. col. 4. versi. 3. volum. 2. Corn. 276. num. 18. volu. 3. Decius consi. 427. n. 10. Socin. consi. 90. n. 24. & 27. vol. 1. & omnes quos refert Mãtica. d. lib. 11. tit. 6. nu. 2.

EX quo egregie intulit Gabriel
304 cõsi. 95. nu. 40. à ratione † cessante substitutionem factã in casu natiuitatis & mortis, non extendi ad casum non natiuitatis quando colligitur ex dispositis, testantem de casu non natiuitatis cogitasse. Confirmat ex notatis à Tiraquel. in l. si vnquam in principio. nu. 71. C. de reuoc. dona. quem refert Boher. decis. 159. nume. 9. & vtrumq. Iul. Clar. q. 22. num. 2. Alcia. consi. 102.
305 num. 2. dum dicunt † quod remedium. l. si vnquam. C. de reuoc. dona. non habet locum quando donator cogitauit de liberis tempore donationis, & omissit prouidere in isto casu.

VNDE infertur quod si in aliqua parte substitutionis vsus fuerit testator verbo defecerit, & in alia parte, vtatur verb. si moriatur, ex eo colligitur testatorem in cõditione si moriatur de casu non natiuitatis cogitasse, & illum scienter omisisse, quia verbum deficere quo vsus fuit in alia substitutione vtrũq. casum nõ natiuitatis & mortis comprehendit. Dec. cons. 227. Soci. Iun. 181. vol. 2. Gabr. d. consi. 95. num. 4. Et sufficeret ad huiusmodi rationis confirmationem, vt testator de casu non natiuitatis cogitasse videatur generalis expressio verbi deficere, vtrumq. casum comprehendentis iuxta Gabr. d. consi. 95. num. 10.

VNDE cum † in substitutione passiua Violantis testator de casu non natiuitatis filiorũ illius tantũ cogitauerit alternatiue disponẽdo si Violãs decederet sine filiis ꝙ cõtingere poterat nõ natis illi filiis vel natis et ante eã mortuis sine filiis vel eius filij sine filiis, ergo hęc substitutio passiua copulatiue ascripta Catherinæ & filiis suis scilicet si decesserint sine filiis non potest in alternatiuũ resolui, vt alternatiuè cõprehẽdat casum nõ natiuitatis, filiorũ illius omissum in hac substitutione & prouisũ in alia, argumẽto notat. a Fulgosio consi. 49. col. fi. Curt. Sen. cons. 51. n. 17. Soc. cõsi. 76. col. penul. vol. 3. Ruin. in d. §. & quid si tantum. num. 47. & consil. 11. vol. 3. Gabr. d. consi. 95. numer. 306

 8. & 9.

8.& 9. & nūm.21.& 22.& Menoc. consi.171.nu.18.vol. 1.

CONFERVNTQVE summè notata a Tira.supra, quod reuocatio donationis ob liberos superuenientes, quamuis fauorabilis sit, nō habet locū, quando eam faciēs verisimiliter de eis cogitauit, sibi enim imputet, si eos non excepit,
307 quanto † igitur fortius hæc ratio vigebit, in substitutione fideicōmissaria sui natura odiosa, & inextendibili, efficietq. vt non extēdatur ad casum verisimilem cogitatum & omissum vt in nostro casu. Quam rationem possemus facile multis & variis fundamētis illustrare, sed omittimus cōsulto, ne egrediamur terminos nostros, & quos nobis initio prescripsimus, & videantur in simili quæ Corneus notat consil. 290.num.5.vol.4.

EX quibus duo ad propositū verissimè inferuntur. Primū Ramirū testatorē cogitasse de casu non natiuitatis filiorum Violātis in substitutione passiua illius, & sic illum casum scienter omisisse in substitutione passiua Catherinę. Secundū, testatorem substitutionem passiuá Violantis alternatiuè cōcepisse in casum natiuitatis, & non natiuitatis, scilicet substitutionē cōncipiendo sub conditione si illa decesserit sine filiis (quæ casum non natiuitatis illorum comprehendit) aut si filij eius sine filiis decessissēt (qui casus natiuitatē & mortem illorum cōtinet) In substitutione vero passiua Catherinæ copulatiue vtrūq. casum coniunxisse, casum scilicet quo Catherina dcederet sine filiis, & eius filij sine filiis, vt vterq. casus copulatiuè, prout scriptus reperitur, verificari debeat, quod contingere est impossibile non natis filiis Catherinę, quia si non fuissent nati mori non potuissēt (secus ac in alternatiua Violantis, ad cuius verificationē alteram tantum partem verificari ex communi interpretum censura sufficit) sicut in terminis expendit in substitutione facta sub conditione mortis pluriū per copulam, vel per alternatiuá, vt priore casu cōcursus mortis pluriū requiratur ex vi copulę, in secūdo minime ex natura alternatiuæ pulchre Paul. consil. 219. a princ. vol.1. Ruin. consi. 92. quem sequitur Beccius consi.39.n.22.& in terminis Ruinus consil.175. versic. 2. quem refert Olasc. consi.74.n.30. Alcia.& Meno. relati supra.n.285.

SVMMARIVM EORVM QVÆ IN tertia parte responsi continentur.

308 *SVBSTITVTIO Ramiro, Frācisco, & Ioāni sub conditione si sine filiis facta vltimo ex illis sine filiis decedenti facta censetur.*

309 *Substitutio sub conditione si sine filiis facta filio superstite prorsus expirat.*

310 *Cōditio si sine filiis deficit si filius per momentum superuiuat & statim*

tim moriatur.

311 In conditionibus negatiuis attendimus principium primae existentiae, non illius successum.

312 Oldradus consi.21.ab infinitis ibi relatis recipitur.

313 Oldradus consi.21.vrgentissima ratione mouetur.

314 Difficultates tres aduersus Oldradũ consi.21.mouentur, ad quas quamplures aliae reducuntur.

315 Copula, & augmentatiue & ampliatiuè stat quando alias interpretando inutiliter conscripta esset.

316 Conditio si decedat sine filiis aut minor aetate sine filiis, vt superfluitas vitetur perinde iudicatur ac si dictum sit si decesserit sine filiis aut filij sine filiis.

317 Superfluitatis vitiũ semper vitãdũ.

318 Oldradus cõsi.21.data ratione agnationis conseruandae ex multorum opinione nõ procedit.

319 Oldradus cõs.2 .limitatur a multis ex praelatione masculorũ, exclusione foeminarum, delatione nominis & armorum, probibitione alienationis digressione ad plures gradus & similibus coniecturis.

320 Oldradus consi.21.in suo casu confirmatione non eget, cum ab omnibus recipiatur.

321 Contraria facilius dissoluuntur quã proponuntur.

322 Conditio simplex si decesserit sine filiis, & copulatiua si sine filiis & descendentibus, & alternatiua si sine filiis vel descendentibus eandem interpretationẽ habent quoad decisionem Oldradi.consi.21.

323 Filij decedẽtia in conditione ad tẽpus mortis patris relata nõ apponitur eo fine vt eis deficientibus substitutus admittatur, sed vt eis extantibus excludatur.

324 Tempus mortis instãtaneum est, & tractum successiuum non habet.

325 Deficientia filiorum & descendentium ad tempus instantaneum mortis relata post tempus mortis considerabilis non est.

326 Oldradus consi. 21.indistinctè recipitur siue alternatiue, siue copulatiue filij & descendentes in conditione ponantur.

327 Oldradus consi.21 procedit vbi filij & descendentes in conditione alternatiue ponuntur.

328 Filij & descendentes copulatiue in cõditione positi nõ solũ ex mẽte sed & ex litera si supersint, licet postea deficiant substitutum excludũt.

329 Parisius, Pretis, & Crassus a communi sententia discrepant Oldradum limitantes, vbi filij & descendẽtes copulatiue in cõditione ponũtur.

330 Conditio, si grauatus decesserit sine filiis, & filij sine filiis ad diuersa tempora mortis grauati & mortis filiorum refertur.

331 Grauatus sub conditione si decesserit sine filiis, vel filij sine filiis dicitur sub duplici conditione grauari.

332 Deficientia filiorum & descendentiũ siue alternatiue, siue copulatiue in conditione positorum in nostro casu ad vnicũ et instãtaneũ tẽpus mortis Francisci refertur.

333 Cõditio si sine filiis an ad pupillos referri possit magna est disputatio.

334 Cõditio si decesserit sine filiis vel minor etate, & sine filiis nõ diuersificat personas, sed tempora maioris et minoris aetatis.

335 Superfluum dici non potest quod aliquid operari potest.

336 Argumentum à superfluitate vitanda debilissimum est.

337 Prothocollum fidẽ nõ facit quoad ea quae deleta & inducta reperiũtur.

338 Cancellatio in substantiali parte in instrumenti tanquam vitium patens & visibile tollit fidẽ in instrumẽto.

339 Dõ Christophorus admitti nõ potest etiã si verba illa, o morir menores de edad e sin fillos e descendientes referantur ad Michaelem quia adhuc viuunt descẽdẽtes Michaelis.

340 Masculinitatis qualitas in vna parte posita non censetur in alia parte & in diuersa persona repetita.

341 Maxime in Aragonia, quia cartae

standum est.
342 *Dõ Christophorus admitti nõ potest quandiu viuunt descendentes fæminæ Michaelis, & si cessaret decisio Oldradi consi.21.*
343 *Singula quæ non prossuntmulta collecta iuuant.*
Sed declaratur infra nu.364.
344 *Masculinitatis qualitas mouit aliquos ad recedẽdũ ab Oldra.cõs.21.*
345 *Oldradus consil.21. aperte loquitur vbi masculi sunt vocati & fœminæ exclusæ.*
346 *Masculinitatis qualitas non operatur, vt filij in conditione positi censeantur vocati.*
347 *Argumentum a vocatione quæ fauorabilis est ad grauamen quod odiosum est non valet.*
348 *Masculinitatis qualitas nihil operatur, vbi masculi ex fœminis vocãtur vel vbi nõ fuit habita ratio agnationis conseruandæ.*
349 *Masculinitatis qualitas nõ inducit cõseruationem familiæ, vltra personas et casus in substitutione expresos.*
350 *Oldradus consi.21.limitatur ab aliquibus, vbi in cõditione ponũtur qui antea grauati non sunt.*
351 *Sed falsa est eorum opinio.*
352 *Grauari nõ potest qui honorat⁹ nõ est.*
353 *Ex vocatione nullo casu potest inferri grauamen vbi adiiciuntur verba restrictiua.*
354 *cõditio ferẽdi nomẽ & arma agnationis conseruationem operatur.*
355 *Oldradus consi.21. procedit etiam si adiiciatur conditio ferendi nomen & arma.*
356 *Prohibitio de non alienando ab aliquibus ponderatur, vt ab Oldrado, consi.21. recedant.*
357 *Sed contraria opinio verior est.*
358 *Fideicommissum purum producit tacitam prohibitionẽ de nõ alienãdo.*
359 *Prohibitio expressa de non alienando censetur adiecta gratia roborãdi prohibitionem tacitam legalem.*
360 *Prohibitio alienandi nõ extendit si deicommissum præcedens vltra casus & personas in quibus loquitur.*
361 *Prohibitio alienandi odiosa est, & non honoratos non comprehendit, & num.358.*
362 *Oldradus consi.21.procedit etiam si adiiciatur prohibitio alienandi.*
364 *Oldradus consi.21.limitatur ab aliquibus, vbi testator ad plures gradus substitutionum digessus est.*
365 *Sed hæc opinio falsa est.*
366 *Et Oldradus etiã loquitur vbi erãt plures gradus substitutionis.*
367 *Digressio ad plures gradus licet possit procedere in descendentibus, nõ tamen in transuersalibus.*
368 *Digressio ad plures gradus non extẽdit fideicommissum vltra casus & personas in quibus loquitur.*
369 *Oldradus consi. 21. procedit etiamsi plures ex his coniecturis cõcurrãt.*
370 *Iudicis officio repellitur agẽs ex substitutione, si se vocatum nõ probet.*

TERTIA PARS.

ABSOLVTIS nõ mediocri studio, & obseruatione (ni fallor) superioribus articulis, & partibus oportet iá tertiá aggredi, in qua explicationẽ ꝓgressus substitutionũ prosequẽtes declarabimus, sub qua forma, & sub quibus cõditionibus Ramirus, Fráncisc⁹, & Ioánes Sáchez Muñoz fratres, illiusq. descẽdẽtes fuerint grauati intuitu, & cõtẽplationeL udouici Sáchez Muñoz fratris illorũ, & descendentium masculorum illius, sicq. dõ Christophori aduersarij descẽdẽtis illius, vt facile iudicemus, an ex hoc capite substitutionis actiuæ, & passiuæ sicut ex duobus anterioribus, substitutionum cursus, & progressus perierit, resolutionemq. & finẽ acceperit sempiternum.

Animaduertere igitur,† oportet Ludo- 308

uicũ Sanchez Muñoz, & eius descendentes masculos, è quorum numero est aduersarius, ad successionẽ huius Baroniæ fuisse vocatos sub conditione expressa, nempe *si Ramirus, Franciscus, & Ioannes sine filiis, & descendentibus decederent*, quamobrẽ substitutio hæc vltimo ex illis tribus fratribus sine filiis, & descendẽtibus decedenti facta cẽsetur, vt post cæteros deducit Ripa in l. hæredes mei. §. cum ita. n. 136. Mant. lib. 11. tit. 5. nu. 24. Cùm igi-
309 tur † ex istis tribus fratribus Franciscus decesserit vltim⁹, cùm filio Michaele; certum est ex deffectu cõditionis, si sine filiis decessissent, substitutionẽ Ludouici, & descendentium expirasse. l. ex facto. §. si quis autem, ad Trebel. l. cum vxori. C. quando dies legati cedat.

310 ID vero procedit, † quãuis dictus Michael sine filiabus decesisset, & per momentum superuixisset patri suo Frãcisco Bal. in c. 1. Episcopum vel Abbatẽ, quo nihil melius adduci posse profitetur Iass. consi. 66. vol. 3. col. 5. Ruin. consil. 115. vol. 3. & consi. 135. vol. 2. nu. 5. Gabr. de fideicom. conc. 4. nu. 4. Gail. obs. 132. lib. 2.

311 Attendimus enim † in conditionibus negatiuis initium primæ existentiæ, nõ illius successum. Bal. in l. precibus. C. de impuber. nu. 43. Quamobrem semel extincta substitutione ex cõditionis defectu, quia decessit grauatus cũ filiis, amplius reuiuiscere non potest. d. §. si quis autem. Gail. obs. 132. lib. 1.

312 ET per eum textum, † & alia iura vulgaria ita decidit in terminis Oldrad. in celebri, & receptissimo consi. 21. quem referunt, & sequuntur communiter omnes Aymõ de communi 98. nu. 4. Alex. de neuo consil. 16. num. 11. Bellonus consil. 81. in prin. Roland. consi. 52. n. 46. vol. 2. Natta 209. nu. 1. Ias. vbi. supra & infiniti prope, quos refert Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone, numer. 127. de verbo. signif. & in l. si vnquam verb. susceperit liberos. numer. 153. Sfortia. latissimè consil. 66. & 67. Gabriel de testamentis conclus. 8. nu. 6. Molina de primogeniis. lib. 1. c. 6. nu. 19. Zanc. in §. cum ita 7. parte. nu. 43. Mant. de cõiectur. lib. 11. tit. 6. n. 6. Couar. in c. Rainaldus. in prin. n. 3. de testã. Simõ de Pretis lib. 3. interpre. 3. dub. 2. solu. 2. n. 13. Ant. Thesau. decis. 248. num. 9. Cepha. late consi. 17. nu. 4. & 260. nu. 20. Meno.. consi. 85. n. 42. Bursat. cõs. 51. nu. 13. Honded. consi. 60. nu. 41. Lazarus Fænutius de momẽto tẽpo. c. 29. n. 14. & c. 32. n. 7. Ioseph. de Rust. in tract. quan. libe. in cõd. posi. in cõsi. 1. post illũ trac. vbi sũt plures eõcord. Borgninus late 3. p. decis. 5. nouissimè Ioan. Botta, cõs. 50. n. 20. Bertazolus cõsi. ciuili. 69. n. 4. Sforcia. de cõpend. par. 6. art. 2. cas. 3. dicẽs Old. in suo casu, & in suis terminis non habere dissentiẽtẽ, & illud celebre dixit Rimin. Iun. cõsi. 786. n. 56. versi. 7. qui plures concord. cumulat consil. 20. & & consi. 21. versi. 1. sicut ipse inquit consi. 736. nu. 1. Andræas Gail. lib. 2. obs. 132. n. 2. Surdus. cõs. 69. n. 5.

313 ET quamquam ratio † dessūpta ex huiusmodi consilio Oldradi vulgaris,& communis sit, veruntamen adeo vrgens est, vt in vrgentissimo casu proclamet Iass. sufficientem esse ad reportādam victoriam.d.consi.66.vol.3.asseuerans eam esse meram veritatem, secundum quam sępenumero consuluisse,& eam legendo sequutum profitetur,dicēs frustra mēbranas occupare,qui alias rationes excogitant, & adferunt,cùm tot sint legū,glossarum & grauissimorum hominū authoritates Oldra.sentētiā sequētes, vt nullis legibus,argumētis,ac rationibus eā oporteat cōfirmare.

VERVNTAMEN vt ex bo
314 na fide † agamus,vt Iuriscōsul. decet agere, referam breuissime tria fundamenta,quibus impugnari potest superior resolutio.Primum est in proposito versari nos extra casum Oldradi consi.21. Quoniā nō fuit hic concepta substitutio de Ludouico,& descendētibus, simpliciter sub vnica conditione,si nempe dicti tres fratres sine filiis decessissent, sed sub duplici cōditione scilicet,si decessissent sine filiis,& des-
315 cēdētibus quo casu copula †& augmentatiuè & ampliatiuè stat, & perinde habetur,ac si cōcepta fuisset substitutio,si dicti tres fratres decessissēt sine filiis,& filij sine descēdētibus,alioquin ea vox,descendētibus,inutiliter cōscripta esset, cū appellatione filiorū inconditione positorū omnes descendentes contineantur.Ita in terminis, de quibus agimus,euitando consiliū Oldradi docent Paris.consi.75.nu.8. lib.2.Crassus in §. fideicōmissum. q.33.n.6. dicens cōmunem Pretis lib.3.interpretatio.3. dub.3. solut. vlti.nu.11.& isti in confirmationē allegāt Bar.in l.Cēturio de vulga. nu.37.quem omnes sequuntur.

SECVNDVM fundamentū ad diluendum † rationem à cō- 315
silio Oldradi deductā dessumitur ex litera testamenti quoniam ex ea constat, non solū substitutū fuisse Ludouicū,& eius descēdētes obeūtibus dictis tribus fratribus sine filiis,& descendentibus; verumetiā decedentibus filiis, & descēdentibus dictorū fratrum sine descēdentibus,quem casum euenisse aiunt; cū nulli descēdentes masculi ex dictis tribus fratribus supersint, litera autem testamenti clarè id videtur demonstrare ibi, *Si contesciera los dichos Ramiro, Francisco, y Iuan Sanchez Muñoz morir sin hijos, y descendientes dellos masclos legitimos, & de legitimo matrimonio procreados, o morir menores de edad sin fillos legitimos, en el dito caso &c. llamando a Luys, y a sus descendientes, y assi a don Christoual, &c.* Nam ea verba, *morir menores de edad sin fillos,* nō possunt refferri ad dictos tres fratres,alioquin bis cum superfluitate esset repetita cōditio decedēdi sine filiis legitimis. Superfluita-
tis † autē vitiū,& interpretatio,per 317
quā in illud incidimus,omnino vitāda est,elegāter Ruin.cōsil.35.nu. 4.vol. 2. Roland. latissimè consil. 61.numer.14.in 3. Mant. vbi sunt cōcordātes.lib.3.tit.6.a principio.

Quan-

Quanto magis, quod in prothoco lo,& matrice(cui stádum est)scrip tum reperitur, *o los ditos sus fillos mo rir menores de edad*, quamuis vox filios inducta videat,sed legipotest.

118 TERTIVM fundamentú deficiente † litera á mente ex probabilibus cóiecturis deducitur. Aiũt enim Oldradi consilium nó procedere, quotiescumq. adessent præsumptiones, & cóiecturæ suadentes,testatoré voluisse agnationé cóseruare:quod cùm citra ius, & nomen fideicómissi gradualis, & perpetui cótingere nó possit, sequentes Oldrad. illud hoc casu limitát, & asseuerát nó procedere,sed substitutioné aduersus eum protédũt, factam sub conditione,si sine liberis decesserit, ad casum conditionis deficientis, scilicet quod grauatus decesserit cũ filiis, si filij illius postea sine filiis & descédentibus decesserint. Quá limitationé confirmant ex vulgari,& recepta regula, scilicet ꝙ fideicómissa ex cóiecturis nó solũ protendantur,sed & inducantur,& instituátur,vt copiose deduxi supra in 2.part.nu. 114.

119 CONIECTVRÆ autem quæ impulerunt † plurimos interpretes ad limitádũ Oldradi consiliũ,& extédédũ illud de casu mortis grauati sine liberis,ad casũ descendétiæ cũ illis,sunt prælatio masculorũ,exclusio fęminarũ, delatio armorũ,& nominis,prohibitio de nó alienádo, plures substitutionũ gradus,quoniá ista omnia suadent agnationis conseruationi testátem studuisse, cuius cósequendæ ratio substitutionem fideicómissi proté dit,& Old.consi.limitát Soci.250. nu.4.vol.2.Ruin.122.nu.4.lib. 2. Gozad.29.nu.24.Paris.18.nu.50. in 2.n.143.n.7.in 3.Aym.cons.98. nu.1.in fine & 878.nu.10.& 935.n. 11.Abb.87.nu.13.Marzar.de fideicómiss.quęs.4.& infiniti alij,quos cósultò omitto. Quas omnes coniecturas in proposito subesse quilibet literá perlegés intuetbiur, qua propter inficiabitur fortasse quiuis consilio Oldradi locum esse.

HIS tribus fundamentis † animum non mouentibus arbitror ex 120
receptissima sententia Oldradi cósilio.21.substitutiones Ludouici,& descédentium, & sic don Christophori defecisse,cumq.Oldradi sententiæ ab omnibus recepta sit,confirmatione vlla nó eget,sed istius tertia partis negotium omne in cófutandis contrariis supra propositis consistit,vt in alio proposito recte respondet Aym.consi.475.nu. 106.& cons.562.nu.3.& consi.535. nu.8.& quamuis difficilius † dissoluantur contraria, quám proponantur vt pulchrè & facete aduertit Bald.consi.343.numer.4.versi. quero.vol.1. Aretinus.consil.17.n. 11.ante versiculũ, venio ad secundũ.Exacte (ni fallor) me dissolutu rum cótraria proposita polliceor, & promitto.

NON obstat itaq.primum fundamentum contrarium, quoniam nulla est † constituenda diffe- 121
rentia, vtrum fideicommissum in iunctum

iunctum sit simpliciter sub côditione, si quis sine filiis decesserit, vel si decesserit sine filiis, aut descendentibus per alternatiuam, quo casu loquitur Oldradus consil.21. & omnes qui eum sequuntur, aut si decesserit sine filiis, & descendẽtibus, cùm copulatiua, quo casu loquuntur etiam infiniti Oldradum sequentes, & inter alios Socinus 250.nume.4.in 2.Decius 218. nu. 7.287.num.1.291.num.5.377. nu. 1. Borgn.3.parte decis.5.num.4.& 7.Pretis lib.3.interpretatione.3.limitatione.2.solu.2.num. 13. Honded.78.numer.1.

323 QVOMODOCVMQVE enim † concepta sit substitutio, deficiente grauato cum filiis, licet ipsi côtinuò moriatur sine eis, substitutio, & fideicommissum expirat, & deficit. Quoniam filij, & descendentes siue alternatiuè, siue copulatiuè in conditione ponantur, non eo fine ponuntur, vt deficientibus illis quandocumq. substitutus admittatur: sed vt extãtibus tempore mortis grauati filiis, vel eis non extantibus, extantibus nepotibus dicto tempore mortis substitutus excludatur, vt elegãter aduertit Ioannes Andræas ad Speculum tit. de testamentis. §. in primis glos. cùm patronus. quæst.5. & pulchrè Dec. repetitis vicibus consil. 63.num.2.& consil.218. numer.7. 277.num.2.291.num.3.377.num. 1.& 513.Nata.consi.191.

324 RATIO est, quoniam † cùm tempus mortis instãtaneũ sit Bart. in l.2. de reb. credit. & propterea tractum successiuum habere non possit siue copulatiuè, siue alternatiue in conditione positi sint filij, & descendentes cum illorũ deficientia ab illo verbo vnico, *si morira sin hijos y descendientes*, vel *si morira sin hijos o descendientes* regatur.

IMPOSSIBILE igitur est † quod deficientia filiorũ, & descendentium, vel filiorum, aut descendentium ad tẽpus instantaneũ restricta post tempus mortis côsiderabilis sit, vt docent omnes supradicti, & elegantissimè post Curtium Iuniorem, Mar.Soci. Iunior. consi.102.vol.1.nu.13.vsq.ad 16. 325

IDCIRCO ex cômuni sententia † omnium Oldradũ sequẽtium deficit fideicommissum, & 326 substitutio ita concepta, si decesserit quis sine filiis, & descendentibus, vel ita si quis decesserit sine filiis, aut descẽdentibus, si tempore mortis grauati filij, aut descendentes extent, quamuis post mortem deficiant, quam resolutionem cômunissimam, & receptissimam septem rationibus vrgentissimis possem ipse confirmare; sed quoniam facile intueri possunt in côsi. meo typis excusso pro opido de Santacroche à principio illius vsque ad num.23. consulto illas omitto, maximè quoniam nulla confirmatione eget hæc receptissima Oldradi sententia, ex qua deprehenditur Crass. Simonem de Pretis, & Paris. contra communem omnium sententiam fuisse loquutos,

SED

327 SED vt vrgentius, & † clarius Parif. Craf.& Prætis opinio confu tetur aduerto, Oldradum cōmuniter ab omnibus receptum, loqui quotiescumque filij, & descendentes alternatiuè in conditione positi sunt, ita nempe si decesserit quis sine filiis, vel descendétibus. Quo casu, cùm ad veritatem alternatiuæ alteram partem sufficiat verificari, & verá esse, vt substitutus hoc casu admitteretur, videbatur sufficere, grauatum decessisse fine filiis vel sine descendentibus. Et tamen Oldradus, & omnes qui eum sequuntur (nemine dempto) contrarium resoluunt dicentes alternatiuá in copulatiuam resolui, oportereque decedere grauatum sine filiis, & descendentibus, vt substitutioni locus sit, quia ad exclusionem substitutu filij, & descendentes in cōditione positi sunt: vt quicumq. ex eis super sit tempore mortis illum excludat, non vero vt quandocumque deficiant admittatur.

328 CVM igitur † in proposito per copulatiuam in conditione positi sint, non solum ex mente, sed ex scripto, & litera substitutum excludent, si tempore mortis supersint, licet postea deficiant, & ita clarius multo, quam in casu Oldradi ab omnibus communiter recepti.

EX quo duo deprehenduntur,
329 Primum † Parisij, Pretis, & Crafsi opinionem á communi omnium sententia discrepare, & improbari, Secundum vero, substitutionem Ludouici, & descendentium defecisse, quia Michael tempore mortis reliquit filium masculum Michaelem, iuxta communem sententiam Oldradi præfati. consilio. 21.

TANDEM aduerto immerito Parisiú Craf. & Pretis allegasse Bart. in confirmationem suæ sententiæ. in l. centurio. num. 37. Quo niam Bartolus † expresè ibi loqui 330
tur, quoties grauamen est iniunctú sub duplici conditione collata ad diuersa tempora mortis duorum, ita scilicet si decesserit grauatus sine filiis, vel si filij decesserint sine filiis & descendentibus. Quo casu, (inquit Bart. censeri illum, cui onus
† fideicommissi iniunctum est, gra 331
uatum sub duplici conditione, scilicet altera deficiétiæ filiorum suorum restricta ad tempus instantaneum suæ mortis, altera vero deficientiæ descendentium restricta ad tempus mortis filiorum. Quam obrem quamuis grauatus cùm filiis decedat, si postea filij sine descendentibus moriantur, est locus fideicommisso, quia expresè hoc casu impositum est. Soc. sen. cōs. 104. nu. 8. in 3. & 33. nu. 2. in fine lib. 4. & 250. lib. 2. nu. 4. Dec. 422. nu. 2. Soc. Iun. 112 nu. 25. in 1. Rust. quando liber. in condi. poss. lib. 4. cap. 4. nnm. 9.

SED in proposito † nostro ca- 332
sus diuersissimus est à casu Bartoli.

Quoniam hic deficientia filiorum, & descendétium, siue alternatiuè, siue copulatiuè in conditione positorum, est restricta ad vnicum, & instantaneum tempus mortis dictorum trium fratrum. Vnde cum in illo vnico, & instantaneo tempore superfuerit Michael filius Fráncisci, expirauit ex defectu códitionis penitus substitutio, quidquid de filio Michaele postea contigisset.

SECVNDVM vero fundamentum contrarium supra propositum minus obstat. Quoniam dum
333 testator † protulit illa verba, *si contescera morir sin hijos y descédientes legitimos, y de legitimo matrimonio procreados*, vehementer in contentionem, & dubitationem deduci poterat, vtrum intelligerétur, ita, si Ramirius, Franciscus, & Ioannes decederent sine filiis intra pupillarem ætatem & post. In quo tenuit Bar. in l. centuro. numero 7. vtrumque tempus comprehendere præfatam conditionem. Cuius opinio communis est teste Ias. ibi numero 33. Aduersus quam multi insurgunt, arbitrantes, comprehendere eam có ditionem tempus pubertatis tantum, quod est tempus habile ad filios obtinendum. Quia priuatio habitum præsupponit, idcirco sicut propriè intestatus dici non potest, nisi ille qui testamentum facere potest, & non fecit. l. 1. de suis & legit. hæred. cum vulga. ita de proprietate verbi conditio decedendi sine filiis ad puberem, qui filios habere potest, referri tantummodo debet Bar. & Iass. vbi supra.

QVAMOBREM testator, vt subleuaret † difficultatem hanc, ad- 334
iecit ea verba *o morir menores de edad e sin fillos legitimos*, expressè comprehendendo per reiteratam conditionem decedendi sine filiis tempus maioris, & minoris ætatis, & ita tempus diuersum, non vero personas diuersas, pulchrè Bald. cons. 235. vol. 5.

EX quo vides † superfluè con- 335
ditionem nó fuisse repetitam, cùm aliquid operetur, & maioré declarationem præseferat. Decius in l. cum quidam numero 1. C. de instit. Cepha. consil. 734. nu. 19. & 375. nu. 19. Honded. 8. numer. 71. Prætis interpret. 3. dub. 2. solut. 5. nu.
13. Sed & argumentum † á super- 336
fluitate vitanda debilissimum, infirmum, & leue est, vt ex Alciato deducit Mantica libro 3. tit. 6 num. 8. & lib. 12. titulo 17. numero 39. Ideo tollerandum est potius quam inducendum fideicómissum. Prætis lib. 2. interpret. 3. dub. 2. sol. 5. num. 25.

Non obstat † quód in Prothocol 337
lo, & matrice reperiatur scripta vox *fillos*. Quoniam cum sit inducta, fidem non facit: quia vel creditur inductio facta iudicio defuncti scilicet Ramiri, & tempore testa stamenti Bal. in l. labeo. ff. de pactis & B. & Bal. in l. proxime. de his quæ

quæ in testam. delen. & in l. 1. §. sed & consulto eod. tit. Bal. in l. pen. num. 6. C. de test. Fel. in c. ex literis num. 9. de fide inst. Corn. in l. si vnus C. de testam. & consil. 118. nu. 1. vol. 4. Alexandrin. col. 95. Alex. optime cons. 104. volu. 6. quem refert Mantica lib. 12. tit. 1. nu. 30. Couar. in Rub. de testam. 3. parte nu. 19. Clarus. §. testam. quæst. 93. post Aym. cons. 128.

338 VEL inductio, † & cancellatio in tam substantiali parte tanquã vitium patens, & visibile tollit fidem instrumento, præsertim ne detur iuditium, & remediũ hoc possessorium inferius sumarissimum aduersario. gloss. verb. vitiatum l. final. C. de edic. diui. vbi omnes Cur. nu. 6. Ias. 19. Dec. 37. Mant. 135. Zucard. 90. Sapia. 71. Menoc. 729. pulchrè Alba. cons. 99. Nata 933. Tiber. 100. in 2. 91. in 3. Cepha. 286. Menoch. cons. 42. & 199. & de inductione Ang. 349. Alexan. 104. vol. 7.

339 ETSI autem † illa verba *o morir menores de edad sin hijos o descendiẽtes*, fateamur nõ referri ad supradictos tres fratres Ramigium, Franciscũ, & Ioannem, sed ad filios eorum, & ita ad Michaelem, vel ex relatione, vel quia prothocollũ respectu vocis *fillos*, non esset inductum, & cũ illa voce posset traduci, & exemplari: vrgentius multo excludendus est Don Christophorus a substitutione, non ex defectu conditionis vocationis, sed quia non venit casus illius, neque purificata fuit conditio, sub qua Ludouicus, & eius descendentes, & sic Don Christophorus, vocati sunt. Cum enim vocati sint secundum adu [illegible]riorum intellectum Ludouicus, & descendentes sub conditione *si dicti tres fratres decessissent sine filiis masculis, vel filij eorum morerentur sine filiis & descendentibus*, constat Michaelem decessisse cum filiabus, è quibus hodie Perpiniani in Principatu Cathaloniæ descendentes extant. Ergo cum illa conditio, *vel filij sine filiis & descendentibus decesserint*, non fuerit purificata extantibus filiabus, et descendentibus dicti Michaelis, quia filiæ faciunt deficere conditionem adiectã grauato, si sine filiis decesserit, vt latissimo sermone comprobat Mantica lib. 11. tit. 13. impossibile est pretendere Don Christophorum, casum vocationis suæ venisse, non purificata conditione illi ascripta.

DICI autem † non potest in illis verbis, *o morir menores de edad sin hijos*, subintelligendam, & repetendam esse qualitatem masculinitatis in anterioribus substitutionum gradibus appositam, & propterea, quia decessit Michael sine masculis, substitutioni Ludouici, & descendentium locum, & viam apertam fuisse. Verissimè enim & planissimè Respondeo, in illis verbis, *o morir menores de edad y sin hijos*, non esse scriptam qualitatem masculinitatis, ex quo de- 340

deducitur omnem interpretationem repetitiuá illius, etiam ex maioritate rationis, vel vnica præsumpta, fieri contra literam, & cartam vel saltim præter eam ex extensione scripti ad non scriptum. Aret. in l. gallus. §. instituens post Bar. in l. omnes populi quæst. princ. Idem Aret. consil. 145. Ias. cons. 52. vol. in princ. & consilio 150. numer. 3. volum. 1. Paris. 49. numero. 90. in 3. & expressè Masc. concl. 1266. numer. 4. & seq.

341 EX quo deducitur, † quod cum statuta, & fori nostri præcipientes, quod stetur cartæ, omnem interpretationem extensiuam subleuét, vt copiosissimè deduxi prima parte numero 40. & 2. parte numer. 179. Quod in regno est impossibile, admittere in ista substitutione repetitioné qualitatis masculinitatis, vt in terminis nostris punctim, in quibus agimus in simili substitutione, & in Regno nostro Aragonum loquens post lógam disputationem profitetur Beroi. consilio 120. numero. 73. versiculo. Sexto dicta qualitas masculinitatis non potest dici repetita in descendentibus vol. 2. qué sequitur Tib. Decia. cons. 17. num. 50. vol. 1. & eo non relato Mascar. concl. 1266. n. 6. pulcherrimè in nostro Regno idem asseuerat Alcia consilio 96. nu. 29. quem sequitur & confirmat Menoch. consilio 86. numero 38. 39. 40. & 41.

342 CVM igitur † Ludouicus, & eius filij & descédentes vocati fuerint sub códitione, si filij dictorum trium fratrum suorum decessissét sine filiis, & descendentibus, non adiecta qualitate masculinitatis, hodieque extent in Principatu Cathaloniæ descendentes Michaelis: impossibile est, ingenuè non fateri, casum vocationis Ludouici, & descendentium non euenisse, cum illis deficientibus vocati sint, prædiximusque repetitionem qualitatis masculinitatis fieri ex interpretatione extensiua, quam fori, & leges nostræ ex vnanimi consensu omnium penitus ab initio Regni nascentis subleuarunt.

TERTIVM, & vltimum fundamentum a mente ex variis coniecturis desumpta deductú quamuis clarissimè, & perfectissimè dissolutum, & declaratum fuerit in superioribus, præsertim in fine secundæ partis numer. 258. vsque in finem veruntamen quoniam ibi in fine promissi in hac 3. p. de singulis coniecturis in indiuiduo, & earú vi tractaturum, vt exoluam quæ promissi, de singulis cóiecturis dispiciemus, & postea de vi, & effectu omnium simul acceptarum agemus. Nequis † forsan nobis obiiciat 343
singulas, quæ nó prossunt collectas proficere, iuxta not. in l. Sancimus C. de testam. Alexand. cons. 150. vol. 5. Gram. consi. crim. 3. numer. 18. & consil. 17. nú. 20. Cagnol. in l. 2. nu. 65. C. de pact. inter. empt. Ioseph. Ludo. pulchre concl. 47. vers. si tamen loco duarú & in terminis

minis fideicõmissi, & coniecturarũ ad illud inducendum & protendendum Molina de primogen. lib.1.c.5. num. 42.

344 ITAQVE non obstat † prior coniectura ex qualitate masculinitatis ducta, propter quam arbitrantur multi consilium Oldradi 21. limitandum esse. Quotiescunque in fideicõmisso masculi vocati sunt, vt in proposito, existimantes prelationem masculorum, ob agnationis conseruationem factam extitisse, quæ conseruatio cum perpetuitatem quandam præseferat, nihilque possit esse sub sole perpetuum, nisi per subrogationem, Molin. supra c. 4. num. 5. arbitrantur deficiente conditione, si sine filiis, non deficere fideicõmissum iuxta consil. Oldradi, sed perdurare, vt perpetua agnationis cõseruatio à qualitate masculinitatis deducta effectum sortiatur, Ruin. consil. 143. num. 7. volum. 3. Paris. consil. 4. vol. 2. Aym. consil. 98. num. 1. in fine Rust. consil. 1. num. 41.

345 RESPONDEO equidem † primo hanc limitationem falsissimam esse, & contra receptam opinionem omnium. Quoniã Oldradus apertissimè loquitur in terminis limitationis. Loquitur enim expressè in fideicõmisso, in quo masculi sunt vocati, & fœminæ exclusæ certa dote constituta, & tamen hoc casu, & in hac hypothesi Oldradus communiter receptus est ab omnibus, quos copiosissimè in initio huius 3. partis relati. Ergo communis approbatio Oldradi cõmuniter precissè improbat superiorẽ limitationem, quam in terminis ita refellunt Meno. cons. 85. nu. 46. & 47. & punctim Bursatus cõs. 51. nu. 36. & Io. Botta. cons. 50. nu. 45. post Zancum in §. cum ita 7. p. nu. 50. & Ripa m. in l. 1. de pactis nu. 8. & plures alii quos retuli in respõso meo super oppido de Bierlas n. 32.

SECVNDO respondeo, † qualitatem masculinitatis ex receptiori sententia omnium non operari, vocationem filiorum positorum in conditione Rust. vbi sunt concordantes vbi supra lib. 2. c. 2. nu. 34. Borgn. de magis communi decis. 5. nu. 56. 3. p. Sfortia Oddo. de compendiosa. p. 5. q. 3. Achil. Personal. de adipis. poss. nu. 106. Manfred. de attentat. p. 6. a n. 3. Mant. lib. 11. tit. 2. & 3. Gabr. de fideicommiss. concl. 4. Portius lib. 2. concl. 12. Trentacinqui de substit. p. 4. c. 11. Ant. Thesau. decis. 96. Petra de fideicõ. q. 9. a nu. 171. cum multis sequentibus Otoman. Illustrium quæstionũ lib. 1. q. 3. Guill. Vncia lib. 1. Acad. quæst. q. 27. Menoc. lib. 4. præsum. 76. Prætis. Mencha. Zancus, Molina & infiniti quos retuli in meo responso prò Illustrissimo Don Francisco de Aragon Duce de Villafor mosa a nu. 221. Cùm igitur qualitas masculinitatis nõ operetur masculorum positorum in conditione vocationem, quæ est fauorabilis; ergo multominus poterit operari grauamen, quod est odiosum. Quę 346

ratio euincit, quamuis contraria sententia verior esset. Quod qualitas nempe masculinitatis positorū in conditione vocationem produ-
347 ceret, quia cum ea † fauorem impē dat masculis vocatis, ab illa ad grauamen odiosum, & præiuditium inferens, argumentum dessumi non potest, argumento ad notat Bart. in l. liberorum num. 5. de verborum signifi. & Simone de Prætis lib. 3. interpretatione 3. dub. 4. solut. 1. num. 41. & 54.

348 TERTIO Respondeo † limitationem supradictam Oldradi, quando eam admitteremus, intelligendam esse præcise propter rationem agnationis conseruandæ (quā interpretes eam tradentes expendunt) in fideicommisso in quo masculi ex masculis vocati sunt, & ita in fideicommisso, in quo agnationis conseruatio consistere potest, & in quo defunctum agnationis conseruationem dici potest fuisse contemplatum Curt. cons. 21. nu. 12. Dec. cons. 260. quem ita intelligit Marzarius cons. 4. num. 4. Cepha. 269. nu. 50. Io. Botta. cons. 50. nu. 53. qui improbant Curtium consilio 121. numero 15. huius coniecturæ intuitu dicētes cōmuniter reprobari. Cum igitur nedum semel, sed bis in principio primæ partis, & in fine secundæ edixerim, fideicommissum Remiri non esse factum agnationis contemplatione, & impossibile esse, contrarium profiteri, quia illud non solum in fæmina Contesina initium sumpsit, sed ad illud descendentes ex fœminis vocati sunt, vt infiniti docent quos supra retuli, impossibile etiam futurum est, vt ex mente agnationis conseruandæ à qualitate masculinitatis ducta fideicommissum protendi possit limitando consiliū Oldradi.

VLTIMO Respondeo, quod etsi essemus in fideicommisso, in quo agnationis conseruandę ratio posset sibi locum vendicare, operaretur effectum indefinite scripta in fideicommisso, sed certis personis, & casibus hærens quoad illos tantum conseruationem agnationis produceret, non vero citra, nec vltra, vt ex communi supra deduxi in fine secundæ partis & docent Ripa. in l. 1. de pact. C. numero 8. Menochius consilio 85. num. 102. Molina. lib. 1. c. 5. numer. 37. Pelaez 2. parte de maioratu quæst. 6. num. 102. Mant. lib. 6. tit. 15. num. 16. Botta de communi dicto cons. 50. num. 54. 349

SECVNDA coniectura † ad limitationem consilij Oldradi 21. deducitur ex eo, quod hi filij in conditione positi antea vocati sint. Ex vocatione enim deducunt aliquī fuisse grauatos & propterea fideicōmissum non deficere, sicuti contra Oldradum profitentur Guido Pape decis. 531. quem sequuntur Dec. Aym. & relati a Rusticis d. consilio 1. num. 42. 350

RESPON-

RESPONDEO equidem casum Guidonis esse diuersissimum à casu Oldradi, vt ex lectura decisionis illius manifeste deprehenditur, & quando idem casus esset, est falsissima eius decisio, quoniam licet filij in conditione positi grauari non possint, quando non sunt
352 vocati. Quia non † honoratum grauare quis nõ potest Bar. cõmuniter receptus in l. Centurio. de vulga. num. 37 & quoties vocatus est grauari possit, à cessante ratione supra dicta, non rectè infert Guido de potentia ad actum arguendo, masculos in conditione positos, ex eo quod vocati sint fuisse grauatos. Quia tantum inferre poterat potuisse grauari, vt aduertit in terminis contra Guidonẽ Honded. con-
353 sil. 60. numer. 84. in 1. Præterquã † quod decisio Guidonis non procedit extantibus verbis restrictiuis, prout extant in proposito. Quoniã illa prohibent penitus extẽsionem fieri, vt in terminis declarãdo Guidonem deducit Aymon. consil. 98. nu. 14. & infiniti de vi verborum restrictiuorum loquentes, quos copiosissimè in 1. & 2. p. retulimus.

TERTIA coniectura est, †
354 quam deducunt ex præcepto deferendi nomen & arma, quod agnationis conseruationem producere & testantem immarcessibilem familiã suam reddere voluisse ostendit, Ripa in l. 1. C. de pact. numer. 10. & in l. centurio de vulga. nu. 154. Rim. Iun. cons. 21. num. 27. Quod cum citra ius & nomen fideicommissi perpetui contingere non posse dixerimus ex Molina. dicta cap. 4. numero. 15. Burg. de paz quæstio. ciuili 2. numero 80. Azeb. libro 5. titulo 7. numero 4. & 5. in Rub. *de los Mayorazgos*, arbitrantur aliqui iniuncto superiori præcepto locum non esse consilio Oldradi, sed perdurare fideicommissum, & procendi, etiam deficiente conditione, & filiis extantibus temporis mortis ad casum, quo descendentes quocumq. tempore deficiant.

RESPONDEO coniecturam † hanc ad conuincendum, vel 355
limitandum consilium Oldradi esse fragilem, & inefficacem, sicut in terminis asseuerat Iason consilio 76. libro 3. Soc. in l. quibus diebus §. Termilius de conditionibus, & demõst. Molina libro 2. de primogen. cap. 14. num. 9. Tiber. Decia. consilio. 31. numero 95. volumen 1.

Præterquam quod cum ex præcepto deferendi nomen, & arma, coniectura, & mens conseruationis agnationis deducatur ad propagandum fideicommissum, & limitandum Oldradi consilium: est impossibile coniecturam hanc locum sibi vindicare in fideicommisso in quo versamur. Quia fœmina, & descendentes ex fœminis vocati sunt, & propterea prædiximus, & confirmauimus sæpenumero, agnationem minimè fuisse

fuisse contemplatam. Quæ quamuis versaremur in fideicommisso, in quo agnationis & cõseruationis haberi potuisset ratio vltra casus, & personas, quibus preceptum deferendi nomen, & arma iniũctum fuit, fideicõmissum ex mẽte protendere nõ posset, vt in tertia & quarta solutione primæ coniecturæ supra relatæ deduximus.

356 QVARTA coniectura ad limitationem † consilij Oldradi deducitur secundum aliquos ex prohibitione de non alienando Curt. cons. 121. n. 15. Præsertim cùm sit tã areta, & ampla, quæ omnes successores, in quos bona deuenerint, videtur comprehendere, & ita realem prohibitionem, & ex consequenti vocationẽ inducere, Ruin. cons. 122. nu. 4. in 2. Gozad. cons. 26. num. 24. Paris. 18. nu. 50. in 2. Curt. Iun. cons. 87. col. fin. Aym. 155. num. 5 Alba. 87. nu. 13.

357 RESPONDEO Curtiũ Iuniorem d. cons. 121. communiter improbari teste Cepha. cons. 269. num. 50. & ita firmat Io. Botta cõs. 50. & 53. communiter etiam improbatur præfata limitatio, quoniã stantibus prohibitionibus de non alienando amplissimis, & his nostris vberioribus, & masculorũ fauore constitutis Oldradi consilium tuentur infiniti tribus rationibus.

358 PRIMA ratio est, quia ex fideicõmisso † puro oritur tacita prohibitio de nõ alienãdo vsq. ad casum euenientis restitutionis, fideicommissi, & prohibitionẽ † expressam 359 aiunt, censeri se conformare prohibitioni tacitæ legali, & illius roborandi gratia adiectam fuisse. Quamobrem fideicommisso extincto per cõditionis defectum, sicut extinguitur prohibitio alienãdi tacita legalis, ita extingui aiunt prohibitionem expressam: tantum abesse, vt prohibitio fideicõmissum ampliet & protendat.

SECVNDA ratio est. † Quiã 360 nemo censetur in cõtinenti se corrigere, & dispositionem à se factam euertere, quamobrem si quis directè per viam fideicommissi non grauauit, nisi certa conditione eueniente institutum, vel substitutum, indirecte per prohibitionem subsequentem, non est dicendum, subductis conditionibus voluisse grauamen pure & absolutè in ducere, & disposita prius euertere.

TERTIA ratio est. † Quoniã 361 prohibitio onus est; ea igitur quamuis generalis sit, comprehendere non potest eos, qui per viam fideicommissi non sunt honorati, aut si comprehendit, prohibitio est nulla.

ET per has tres rationes † tuẽdo 362 Oldr. cõtra limitationẽ, superiorẽ scilicet quòd decẽdente Francisco cũ filiis expirauerint substitutiones non obstãtibus prohibitionibus de non

noń alienando, quia illæ fideicommissum præcedens non ampliant tenent Alexand.consil.59.num.15. in 3.Socin. 53. numer.11. in princ. Gozad.30.nu.16.Dec.218.nu. 14. 287.numer.377.numer. 6. & pulchrè consil. 636. à numer. 8. Ruin. 134.numer.15.in 3.Alexand.de nouo consil.81.col.penult.Purp.cōsi. 217. numer.18. Plotus consil. 14. col.fin.Bero.consi.90.num.3.in 2. Alba. consil.21. numer.8. Cephal. consil.17.numer.24.153.nume. 31. 401. numer.44. 544. numer.12. Menoch.315.num.43.325. in causa huius Regni loquens.nume.7.327. num.68.376.num. 47.399.nu.10. pulchrè Gabr.consil.132.nume.12. Burs.195.num.7. Petra de fideicō.
363 q.11.num.554.Præterquam † quòd prohibitio, tanquā adiosa, nō protenditur ad alias personas, quàm illas, quibus est ascripta Saulus de alien.reb.fideic.quæst.10.21.& 41. vbi sunt conc. Ergo multo minus efficiet, ne fideicommissum protēdatur.

364 QVINTA Et vltima † cōiectura deducitur ab aliquibus ad limitationem consilij Oldradi ex pluribus substitutionum gradibus Ancharran.consil. 74. Socin.250. numer. 4.volu.2. Aym.Socin.Iun. Curt. Iunior, Marzar. & relati in dict.resp. super oppido de Bierlas num.24. & præter eos Menoc. consil.1.nu. 44. Arbitrantur enim ex pluribus gradibus substitutionū deprehendi, mentē agnationis conseruandæ, vt deduxi in aliis coniecturis, vel saltim mentem, & voluntatem, quod non solum bona ad familiam perueniāt, sed, & quod perueniant, & permaneant. Qui permansionis actus, cùm durationem, & perpetuitatem contineat, neque vnico momento expediri possit, sicut actus peruentionis, iuxta elegātissimam doctrinā Cumani.in l.cū ita §.in fideicommisso. de legat.1. ab omnibus receptissimam, vt ego aliàs copiosissime declaraui: inde deducunt non obstante consil. Oldradi, fideicommissum perpetuo defluere, & currere ex huiusmodi coniectura.

RESPONDEO Verissime † Oldradum loqui extātibus pluribus gradibus substitutionum, 365
qui cum sit communiter ab omnibus receptus, vt ostendi supra consequens est, vt limitatio communiter improbata sit, sicuti aduertunt in terminis (post Socinum in l. cū auus.numer.13.vbi inquit, ab hac coniectura bis consulendo recessisse, & verū est, vt constat ex cōsil. 62.num.10.& 69.nu.7.lib.3.) Menoch.consi.85.nu.49.Burs.cōs. 51. num.35. Ioseph.de Rusticis libr.3. c.2.num.5.

SECVNDO Respondeo, † hanc coniecturam esse falsam, & 366
communiter improbatam Ruin. consil.128.num.7.& 29.in 3.dicēs Ancharranū sine fundamento loqui, & eius cōiecturam veram nō

P esse

esse idem Ruin. 137.numer.1. in 3. dicens Ancharranum potius fundari in authoritate,quàm in ratione,& communiter improbari profitetur Curtius Iunior in l.1. C. de pact.numer.14.& coniecturá hanc inuentionem, & phantasiam Ancharrani,inquit Alciatus consi.89. numer.8.libr.9. & post Molineum Molina libr.1.de primog.c.5.num. 38.& aduersus coniecturam hanc acerrimis, & variis verbis insurgunt Clarus.§.testamentum.q.79. Cephal.consi.419.nu.74.Beggius consil.74.nu.240.latissimè Borg. videndus decis.5.num.56.3.part. Præter quam,quod ipse idem Ancharranus contrarium docuit in c. si pater.de testamét.vt aduertit ibi Acosta 1.part.verbo.si absque lib. num.57.

367 TERTIO Respódeo, hác coniecturam † apertius, & iustius improbari in collateralibus cóstituentis fideicommissum,in quibus nos versamur Alex.consil.64.n.5. in 5.Soc.Iun.110.nu.28.in 3. Marzar.de fideicomm. q.20. Rustic.d. lib.3.c.2.nu.2.Mantic.libr.11.tit.3. num.13.

368 PRÆTERQVAM, † quòd cùm multi gradus substitutionum sunt distincti penitus, & personæ vocatæ sunt etiam certæ, & distinctæ(vt in proposito.) tunc potius deprehenditur mens, & voluntas defuncti fideicommissum constituentis,quod voluerit bona peruenire in certis casibus ad certas personas de familia: quá quod voluerit permanere in omnes de illa. Alioquin non vocasset certas personas in certis casibus, sed omnes in omnibus.Borg.decis.16. nu.64. 3.part.vt sic clarissimè deprehendamus,iuxta elegantissimá doctrinam Cumani supra relatam in d. §.in fideicommisso. dici non posse ex pluribus substitutionum gradibus distinctis,& certis tantum personis nominatis(vt in proposito factum fuit)deprehendi coniecturá, & ex ea mentem fideicommissum perpetuum inducendi,imo contrarium,quia noluit fideicommissum constituens, quod bona permanerent in omnes de familia,sed quod peruenirent in certas personas de illa,quod citra ius,& nomen fideicommissi perpetui contingit.

SED Tandem vt huiusmodi tertiá partem absolutissime perficiá,ne quis nobis obiiciat, singulas has † cóiecturas simul iunctas magis proficere,& vberioré effectum operari ad protendendú fideicom missum, quàm si separatim de per se considerentur, iuxta doctrinam Molinæ de primog.lib.1.c.5.n. 42. & aliorum, quos retulimus in hac 3.part.in versic. tertiú & vltimum fundamentum.Animaduerto,omnes has coniecturas simul iunctas, & multo ampliores numero,& grauitate si subessent, & studiú agnationis cóseruandæ ab eis deductú, deficiente conditione, quia Franciscus 369

ciscus cũ filio Michaele decesit, nullo iure fideicõmissũ protẽdére posse, ex cõs. celebri Alex. 139. vol. 6. quẽ nemo improbat, Tib. Deciá. cõs. 4. n. 33. vol. 2. & pro quo iudicatũ fuit Raudẽ. de analo. c. 15. n. 344 imo sequuntur eum in grauissimis consultationibus (in quibus ccurrebant plures cõiecturę simul iũctæ, ducte a prælatione masculorum, exclusione fęminarum, prohibitionibus de non alienando, delatione armorum, pluribus gradibus substitutionum, & a verbis perpetuitatẽ denotãtibus) Rui. Dec. Rubeu. Alci. Soc. Nat. Menoc. Marcabrun Cepha. Zucar. Alex. de Neuo Bornig. & plures insignes DD. Italię vt referẽdo hipothesim Alex. d. cõsil. 139. & aliorũ DD. copiose & fecũdissime tradidi. supra, a nu. 58. vsq. 69. quæ omnia huc reponẽda sunt, ad perfectã explicationẽ, & cõfirmationẽ cõs. Old. 21. iũctis his quę explicui a n. 250. vsq. 281. ad ostẽdẽdũ fideicõmissa ex cõiecturis protẽdi nõ posse, nisi obseruatis regulis vtilissimis, & securissimis ibi expensis, quæ non vigent in hac consultatione.

QVÆ plane indicãt, † actorẽ a iuditij limine repellẽdũ esse, quia actione & interesse orbatus & destitutus est, Surdus cons. 214. n. 10. 218. n. 15. 227. n. 7. Barbosa in l. Titia sol. matr. n. 8. Monter in l. ex cõuentione C. de pactis. 370

SVMMARIVM EORVM QVÆ in quarta parte responsi continentur.

371 *BREuiter recensentur, quæ in 1. 2. & 3. parte dicta sunt.*

372 *Reciproca substitutio inter grauatos facta censetur ex substitutione facta post mortem omnium.*

373 *Reciproca nõ censetur facta ex substitutione facta vltimo morienti quando inter grauatos adesset aliqua substitutio specialis, & n. 380*

374 *Agnati proximioris vocatio post mortẽ omniũ in testamento Ramiri non extendit conditionem specialem descẽdendi sine filijs ad casum decedendi cum filijs.*

375 *Generalis dispositio nunquam trabitur ad casus in specie prouisos.*

376 *Alienationis prohibitio generalis cum ratione conseruandi bona in agnatione non inducit fideicõmissum absolutũ, nisi in casibus specialiter in substitutione expressis.*

377 *Agnationis conseruandæ ratio restringitur ad substitutiones speciales præcedentes.*

378 *Filij in conditione positi, & generaliter grauati ex opinione multorũ censentur vocati.*

379 *Grauamẽ iniũctũ filijs in aliquo casu specialiter vocatis, & in alio casu in cõditione positis solũ refertur ad casũ, in quo specialiter vocãtur.*

381 *Reciproca ex substitutione vltimo morienti facta, solum censetur induci quando portio præfuncti nõ poterat alias ad vltimum, nisi per reciprocam peruenire.*

382 *Reciproca non inducitur ex substitutione vltimo morienti facta, vbi ex iure accrescend potest portio præfuncti ad vltimum peruenire.*

383 *Reciproca non inducitur ex substitutione facta post mortem plurium*

inter quos adsit ius legitimarũ hæreditatum.

384 Reciproca non inducitur ex substitutione facta vltimo morienti quando tota hæreditas potuit aliquo casu ex dispositione defuncti ad vltimum peruenire, licet ille casus non euenit.

385 Mentẽ testatoris sufficit ita intelligere, vt poßit aliquo casu effectũ habere licet nõ semper, nec necessario.

386 Reciproca solum inducitur inter plures in eodem gradu non in diuersis vocatos.

387 Substitutio vltimo morienti facta solum inducitur inter eos qui ad inuicem actiue & paßiue grauantur.

388 Determinatio plura determinabilia respiciens pariformiter determinare debet.

389 Reciproca debet esse quoad omnes æqualis & pariformis.

390 Agnati vocatio post mortem Francisci, Remigij, Ioannis & Ludouici, non inducit inter eos reciprocam quia non reperiuntur grauati reciproce, sed succeßiue.

391 Reciproca tacita non inducitur, nisi inter plures pariter vocatos & simul oneratos.

392 Reciproca in persona vnius locũ habere non potest, sed in personis plurium adinuicem.

393 Ludouicus ad exclusionẽ agnati proximioris decedente Francisco sine filijs censetur vocatus & grauatus, in conditione poni, sed mortuo Francisco cum filijs, neq; grauatus, neq; vocatus reperitur, sed solum in conditione positus.

394 Substitutus vltimo morienti ex pluribus personis quarũ aliquæ sunt vocatæ aliæ in conditione positæ solum extenditur ad personas vocatas.

395 Grauamen impositum Ludouico & descendentibus suis in fauorẽ agnati proximioris, solum intelligitur in casu, in quo Ludouicus vocatus reperitur scilicet Francisco moriente sine filijs.

396 Substitutio reciproca non inducitur quando substitutio fit post mortẽ omnium nisi fiat vltimo morienti.

397 Substitutione post mortem omnium facta nullus censetur grauatus, sed solum mors vltimi expectanda est.

398 Substitutione facta post mortem plurium non vocatorum bona interim libera manent, donec omnes defecerint.

399 Baronia hæc libera manet donec agnati proximioris vocatio post mortem Francisci, Ramiri, Ioãnis, Ludouici, & omnium descendentiũ ab eis locum habere poßit.

400 Fideicommissum aliquando in suspenso manere potest.

401 Cartæ vbi stãdum est non inducitur reciproca ex substitutione facta post mortem plurium.

402 Clausulæ generales in fine vinculorum conscriptæ perpetuitatem denotantes puras non efficiunt speciales & conditionales substitutiones præcedentes.

403 Interpretatio non admittitur per quam conditiones, & substitutiones inutiles & superfluæ fiant.

404 Corrigere in incontinenti nemo præsumitur.

405 Interpretari debent verba testamenti ne contradictionẽ contrarietatẽ & repugnantiam contineant.

406 Superfluitas vt vtetur verba improprianda sunt, etiã in materia stricta odiosa & penali.

407 Substitutiones generales nunquam comprehendunt personas, quibus speciales substitutiones factæ sunt.

408 Agnati proximioris vocatio post mortem Ramiri, Francisci, Ioannis, Ludouici & descendentium suorum facta non potest inter eos reciprocam inducere speciales & conditionales substitutiones præcedentes corrigendo.

QVARTA PARS.

371 EX HIS,† quę in anterioribus articulis deduximus, deprębéditur clarissime, substitutiones, omnesq. illarũ gradus a Ramiro in suo testaméto cóscriptos periisse, siue cósideremus fideicómissũ iniũctũ de Cótesina prima hęrede instituta ad primos, & secũdos substitutos filios népe Catherinę, & Violãtis Muñoz de Funes: siue cótéplemur substitutioné, & fideicómissũ ascriptũ, & iniũctũ prædictis filijs Catherinæ, & Violãtis cótéplatione Ramiri, Fráćisci, Ioánis, & Ludouici, & descédétiũ suorũ, è quorum numero aduersarius est, siue intueamur substitutioné appositá, & ascriptá Ramiro, Fráćisco, & Ioáni fratribus respectu Ludouici, & descédétiũ suorũ, & sic D. Chistophori. Oportet iá, explicationé vltimi gradus ex multis in huiusmodi cótextura substitutionũ cóscriptis aggredi: vt diiudicemus, an ex eo aliquid sit immutatũ, & inuersũ ex his, quę in superioribus substitutionũ gradib⁹ descripta, & disposita fuisse declarauimus. Itaq. in vltimo gradu substitutionũ vocat⁹ reperitur proximior agnatus Ramiri, deficiétib⁹ omnibus supra nominatis, & descédétibus eorũ, vel nolétibus eis hæreditatem acceptare, cũ dictis one-
372 ribus, ex quo videtur† inferri, fuisse factá substitutionem vltimo decedenti, & in tota hæreditate, quibus cócurrétibus inter omnes supra nominatos reciproca censetur substitutio inducta, sublatis caducationibus, & códitionũ defectibus, sicuti docent Aym. 161. n. 7. Couar. in c. Raynũtius. §. 8. n. 3. de testá. Pretis li. 3. interp. 3. dub. 4. fol. 1. n. 24. Crassus. §. fideicómissũ. q. 17. Rust. vbi sup. in proœ. n. 6. Zancus post alios in d. §. cum ita n. 181. 6. p.

Respódeo primo,† quod licet fateamur ex cómuniori opinione reciprocam eo casu induci (de qua tamé multi cũ magno fũdaméto dubitarũt, vt patet ex traditis a Zan. d. 6. p. n. 185.) Tamé ea cómunis opinio limitatur nó procedere, quá do inter ipsos grauatos adesset alia substitutio specialis expressa, quia túc nó præsumitur hæc tacita reciproca, de qua agimus, licet substitutio facta sit vltimo morieti in tota hęreditate: ita singulariter post Ias. tradit Paris. cós. 72. col. fi. vol. 3. Anguis. cós. 65. n. 12. vol. 6. Veroi. cós. 57. n. 69. vol. 3. Ri. Iũ. cós. 542. n. 76 cós. 563. n. 58. li. 5. Ceph. cós. 522. n. 4. li. 4. Hóded. cósi. 60. n. 52. li. 1. & Zácus in d. §. cũ ita 6. p. n. 217. qui n. 230. dicit hanc opinionem, & veram, & summè notandam. 373

VNDE cum in præsenti † specialis substitutio facta sit in fauoré Ludouici, casu quo Franciscus decederet sine filijs, non debet induci tacita reciproca, per quam omni 374

casu cēseatur vocatus Ludouicus, siue Franciscus decederet sine filijs, siue cum filijs.

375 CVIVS rei generalis ratio † tradi solet, quod dispositio generalis nunquam trahitur ad casus in specie prouisos l. doli clausula. vbi DD de verb. oblig. Alex. cōs. 95. n. pē. li. 4. Dec. cōs. 63. n. 15. vol. 3. Aret. cōsil. 1. n. 2. & alij passim.

376 ITA in fortioribus † terminis videmus, quod si testator instituat Titiū, & illi decedēti sine filijs substituat Sēproniū, & ad plures substitutionū gradus progrediatur, & postea generaliter alienationē prohibeat, quia velit bona in agnatione conseruari, licet hæc alienationis prohibitio cū ea ratione expressa soleat inducere fideicōmissū absolutū, attamē in præsenti nō induceret fideicōmissum absolutū omni casu, sed tātū in casu specialiter expresso, scilicet, quādo Titius decedit sine filijs, nō quādo decedit cū filijs: ita tenet Zancus. d. 6. part. n. 218. & plures ab eo relati.

IMO fortius cōprobatur ex eo, quod † si plures substitutiones fiāt
377 sub eadem conditione, si sine filijs, & postea generaliter dicat testator, se illas substitutiones fecisse, quia voluit bona in agnatione conseruari, licet ea generalis ratio sola sufficiat ad inducendū plenissimum fideicommissum, tamē in præsenti nō extēditur vltra casus specialiter expressos, sed ad casum quo grauati decedāt sine filijs, non ad casum quo decedāt cum filijs, vt punctim voluit Alex. Soc. Sen. Dec. Ruinus. Goza. Purpu. Craue. Gabr. Cepha. Honded. Borg. Petra & alijs quos retulimus supra.

ET magis specialiter facit, quia filij † positi in cōditione & generali 378 ter grauati, licet videātur generaliter vocati, adhoc vt grauamen valeat iuxta doctrinā Bar. de qua sup. dixim' in l. Cēturio. n. 37. de vulga.

TAMEN si in aliquo † speciali 379 casi fuissēt specialiter vocati: tunc ex grauamine nō cēsentur generaliter vocati, & grauati, sed solū cēsētur grauati in casu speciali, in quo fuerūt expressè vocati, & nō alias grauati cēsētur, quā si casus ille eueniat, in quo fuerūt specialiter vocati, Rui. cōs. 96. n. 8. lib. 2. Alex. cōsi. 24. n. 7. lib. 3. Paris. cōs. 44. n. 9. lib. 2. Zācus in d. 6. p. n. 250. & Ioseph. de Rust. quādo fil. in cōd. posit. lib. 4. c. 4. n. 2. adducitq. plura Zācus. d. 6. p. n. 208. vsq. ad n. 233. ad probādā hāc cōclusionem, quod † ex 380 substitutione in tota hæreditate facta vltimo morienti nō inducitur reciprocū fideicōmissum, nisi in casu specialiter prouiso, & sub cōditione in testamento expressa: ita ergo in præsenti absq. dubitatione dicendū est, nō induci fideicommissū in fauorem Ludouici, nisi in casu in quo specialiter vocatus fuit, & sub conditione si sine filijs, sub qua specialiter vocatus reperitur.

SECVNDO respondeo ex substitutione † facta vltimo 381 in tota hæreditate tunc demum tacitam reciprocam induci, quando portio

portio prædefuncti non poterat alias peruenire ad vltimum, nisi per reciprocá, si vero poterat alio modo, quàm per tacitá reciprocá: ad vltimũ peruenire: tũc tacita reciproca nõ inducitur: ita tenet Zá-
382 cus. d. 6. p. n. 126. dicẽs, ideo impe diri † reciprocá vbi ex iure accrescendi potest portio prædefuncti ad vltimum peruenire, vt etiá tradit num. 236. imo fortius tentabat dicere idẽ Zancus. d. 6. part. nu. 237.
383 reciprocam non operari, † vbi inter grauatos est ius legitimarũ hæreditatum, vt quia possent ad inuicẽ ab intestato succedere, quia tũc substitutio in tota hæreditate vltimo moriẽti facta satis verisimiliter operaretur, vbi abintestato hæredi tas tota ad vltimum peruenisset.

CÆTERVM Licet hoc
384 vltimum Zancus † non firmet dicens, durum esse in consulendo, & iudicando hanc opinionem sequi. tamen in nostro casu firmiter tenet hanc sententiam. nume. 239. distinguens, quod aut hæreditas potest ad vltimũ peruenire contingẽter, & ex dispositione legis, quæ ad voluntatem grauati tolli possit, vt ex successione abintestato, quę per testamentum tolli, & impediri potest, & tunc tenet reciprocam non impediri, aut vero tota hæreditas aliquo saltim casu ad vltimum per uenire necessario potest ex sua ipsius testatoris dispositione, & tunc tenet reciprocam impediri: neque obstat inquit Zancus numer. 338. si instares, quod hoc modo voluntas testatoris, & substitutio vltimo morienti facta posset eludi, si non eueniret ille casus, in quo vltimus vocatus fuit, quia respondeo sufficere † ita intelligere mentem testa 385
toris, vt verisimiliter posset aliquo casu effectum habere, licet nõ semper, nec necessario, quia quẽadmodum vocatus in aliquo speciali casu tantum, licet simpliciter & absolute grauetur, non propterea intelligitur absolute vocatus, sed grauamen restringitur solum eueniente casu, in quo fuit vocatus, vt dixi supra numer. 227. & deficiente casu illo non propterea dicitur eludi intẽtio testatoris simpliciter, & absolute grauantis, sed potius dicitur non euenisse casus, in quo illũ grauauit: ita etiam in hoc casu (inquit Zancus) dicere possumus testatorem voluisse grauare vltimum in casu quo tota hęreditas ad eum necessario peruentura sit, prout verisimiliter peruenire debet, eueniẽte casu, de quo testator cogitauit, & in quo disposuit, quod si accidentaliter non perueniat ad vltimum, quia casus ille non euenit, non propterea dicemus elusam fuisse mentem testatoris, sed non euenisse casum, in quo testator vltimum grauauit. Cum ergo in præsenti possent bona ad vltimum necessario peruenire Francisco sine filiis decedente, si casus ille non euenit, quia Franciscus cum filiis decessit, de tacita reciproca tractandum non est,

TER-

386 TERTIO Respondeo † in præsenti multos fuisse successiuos substitutionum gradus:nam primò Cõtesina cum suis descendẽtibus: secundo descendentes Catherinæ: tertio descendentes Violãtis: quarto Remigius cum suis descendentibus: quinto Franciscus cum suis descendentibus:sexto Ioannes cũ suis descendẽtibus:septimo Ludouicus cum suis descendentibus: & octauo tandẽm post mortem prædictorum omnium vocatur agnatus proximior. Vnde nõ potest tractari de reciproca,quia ex substitutione vltimo morienti facta solum nascitur reciproca inter plures in eodem gradu substitutionis vocatos,nõ autem inter vocatos in diuerso gradu substitutionis: etenim vocati in primo gradu substitutionis non cẽsentur reciproce substituti, cum vocatis in secundo, nec vocati in secundo cum vocatis in tertio:ita eleganter docet Anguisola consil.65.num.13.lib.6. & sequitur Zancus in d.§.cum ita 6.part. num.234.

QVARTO Respondeo in
387 præsenti,† totam hæreditatem cuilibet substituto integraliter fuisse relictam,& quemlibet in tota hæreditate vocari:et sic non potest tractari de reciproca, quæ solum habet locum, vbi plures ad inuicem grauãtur,& vbi ex vtraq. parte potest ad inuicem habere locum substitutio actiuè,& passiuè,& vbi pluribus simul,& coniunctim hæreditas relinquitur : ita quòd quilibet suam portionẽ separatam habeat, & reciproce restituere teneatur. Est enim vulgaris regula † in materia reciprocæ,quod vna determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter determinare debet.l.iam hoc iure.& ibi Bar. Paul. num.5.Imol.4.Alexan.5.Ias.10.de vulgari.& Simon de Pret.lib.3. interp.2.dub.1.fol.9.num.18. 388

ETSIC Vbi fit † reciproca 389 substitutio, debet esse quoad omnes æqualis,& pariformis, vt substitutio,quę potest in vno substituto respectu alterius locum habere, debeat etiam locum habere in alio instituto respectu istius. ita Bart. num.8.& Iason communẽ dicens. num.14.in l. Lucius. de vulgari & Simon de Pretis.d.solu.9.nu.18.

VNDE In pręsenti † recipro 390 ca locum non habet,quia non grauãtur reciprocè, nec ad inuicẽ,sed solũ grauãtur Franciscus Remigius & Ioãnes respectu Ludouici, non tamen grauatur,nec grauari potest Ludouicus respectu eorum.

ET Hæc, quæ in reciproca † 391 expressa procedũt,pariter habẽt locum in tacita reciproca, de qua loquimur,quia ex substitutione vltimo morienti facta non insurgit fideicommissum reciprocum, nisi inter plures pariter vocatos in testamento,& simul oneratos, vt tradit Decius.in l.testamento.num.3. C.de

C. de instit. & substit. & bene declarat Ruinus consilio 108. num. 6. lib. 2. & sequuntur Gabr. de substit. concl. 1. & Simon de pretis lib. 3. interpret. 3. dub. 4. solu. 1. nu. 25.

HIC autem non reperiuntur pariter vocati, & simul onerati, sed vnius primo, alter post eum, & diuersis tẽporibus. Quia vt vnus honoretur alter grauatur, ille scilicet, post cuius mortem succedit, & sic substitutio reciproca nõ insurgeret in persona omnium, sed in persona vnius tantum, scilicet in persona illius, in quo reperiretur tota hæreditas casu restitutionis eueniente;
392 quod in † reciproca admitti non debet, cum in persona vnius tantum locum habere non posit, sed in personis plurium ad inuicem vt post Ruinum tenet Gabriel. d. nu. 13. Simon de præt. d. num. 25. & Dec. d. nume. 3. Patet ergo in præsenti de reciproca tractari non posse, quia nec sunt plures simul honorati, & pariter vocati, nec esset æqualis, & reciproca respectu omnium, nec fieret in portione vnicuique relicta, sed in tota hęreditate, nec fieret in persona plurium, sed in persona vnius, in quibus quatuor casibus cessat reciproca.

QVINTO respõdeo, conside-
393 rando, † quod licet agnatus proximior simpliciter esset vocatus post mortem omnium, & Ludouicus & eius descendentes possent censeri simpliciter, & generaliter grauati, tamen duo casus considerari debẽt. Primus in quo Ludouic' reperitur dispositiuè vocatus, quando scilicet Franciscus decederet sine filiis, & tũc recte procedit grauamẽ in fauorem agnati proximioris. Et hic non est noster casus. Secundus casus est, in quo Ludouicus nõ reperitur dispositiuè vocatus, quando scilicet Franciscus decederet cum filiis. Vnde cum postea simpliciter grauetur in fauorem agnati proximioris in primo casu reperitur grauatus qui vocatus est, in secundo vero casu quia non præcessit vocatio, solum reperitur in conditione positus ad exclusionẽ agnati proximioris.

ITA ergo † sicut quando substi- 394
tutio fit vltimo morienti ex pluribus personis, quarum aliquæ reperiuntur dispositiuè vocatæ, aliæ in conditione positæ, illud grauamen solum extenditur ad personas dispositiuè vocatas, non ad personas in conditione positas, Soc. Sen. cõs. 113. num. fin. lib. 1. Zancus d. 6. parte num. 242. Gabr. concl. 1. de substit. num. 24. Honded. cons. 60. num. 88. Simon. de pret. lib. 3. interpret. 3. dub. 4. sol. 1. num. 25.

ITA similiter † grauamen im- 395
positum Ludouico, & descendentibus suis in fauorem agnati proximioris debet intelligi in casu, in quo Ludouicus diceretur dispositiuè vocatus, scilicet Frãcisco moriẽte sine filiis, non in casu quo Franciscus

ciscus decederet cum filiis. Quia tunc Ludouicus non reperitur dispositiuè vocatus, sed solum debet censeri in conditione positus ad exclusioné agnati proximioris, casu quo verba grauaminis etiam istum casum comprehenderent. Indeque in casu qui euenit, quia Fráciscus cum filiis decessit de reciproca tractari non potest.

396 SEXTO efficatius apparet † in præsenti cessare præcipuũ reciprocę requisitum, quod substitutio fieri debeat vltimo morienti. Nam primus casus considerari potest quando substitutio in tota hæreditate fit vltimo moriéti ita, quod vltimo moriens tantum grauetur. Et tunc procedit hoc requisitum. Secundus casus est, quando substitutio in tota hæreditate non fit vltimo morienti, sed fit post mortem plurium institutorum, vt quia dictum sit post mortem omnium institutorum, si omnes instituti decesserint, vel defecerint, & in hoc secundo casu magna controuersia est, an tacita reciproca inducatur & licet multi tenuerint paria esse ad inducendam tacitam reciprocam institutionem fieri vltimo morienti, vel post mortem plurium, tamen sanior, verior, communiorque opinio tenet in eo casus secundo, quando instituto fit post mortem omnium institutorum, hoc requisitum cessare, & reciprocam nó induci, ita pluribus relatis cómunem dicens late probat Zancus d. 6. parte numero 91. Soc. consilio 104. numer. 9. volumen. 3. Alcia. consilio 500. numero 2, Alexand. consilio 91. in. 1. parte Soc. sen. consilio. 103. numero. final. lib. 1. Honded. consilio 6. numero 30. Gabr. de substitut. concl. 1. nume. 18. & 20. & alij quam plures. Magna enim differentia est, † an substitutio fiat vltimo, quo casu solus vltimus censetur grauatus, an vero substitutio fiat post mortem omnium, quo casu nullus censetur grauatus; sed solum esset mors vltimi expectanda, vt admonet idem Zancus d. 6. parte num. 94. & 95. 397

VNDE in hoc casu † in quó agnatus proximior vocatur in casue, quo omnes supra nominati decederet sine masculis, non fit substitutio vltimo; sed sumus in secundo casu, in quo non inducitur reciproca, sed solum debet expectari mors omnium, vt agnatus proximior vocatus censeatur, & sic inter grauatos seruabitur ordo a testatore dispositus cum suis conditionibus, & caducitatibus, ita vt omnibus deficiétibus agnatus proximior admitatur; si vero non omnes defecerint; sed aliqui ex grauatis viuát, conditio tamen, sub qua grauabâtur inter se, deficiat, remanebunt interim bona libera apud grauatos, & poterunt libere disponere, reuocabiliter tamé; quia vbi omnes defecerint dispositio reuouocabitur, & agnatus proximos 398

vocatus censebitur; ita docent Alcia. consil.500.num.3.Alexan.post Pau.Castren. consilio 91. numero 5. & 9.lib.1. Zanc.in d.6.p.nu.160 115 168. Borg. decis. 15. nume. 10. & 26. 3. p. vbi punctim resoluit nostrum casum. Quod vbi plures inter se grauati sunt sub conditione si sine filiis, & postea deficientibus omnibus alius substituitur, si vnus ex grauatis decedat cum filiis, potest libere de bonis disponere reuocabiliter tamen; quia si alij grauati viuūt, fideicommissum interim stat in suspenso, quam diu viuunt; sed omnibus grauatis omnino deficientibus, tunc potest vltimo substitutus alienata reuocare.

399 ITA ergo in præsenti † ex substitutione facta post mortem omnium non debet censeri inductum reciprocum fideicommissum, ita vt ex illo Ludouicus post mortem Michaelis ad successionem admittatur, imo quia Franciscus decessit cum filio Michaele, & Michael nō reperitur grauatus in fauorem Ludouici, ideo potuit Michael libere disponere, & non poterit Ludouicus alienata reuocare, sed fideicommissum stabit in suspēso, quamdiu viuunt aliqui descendentes ex Remigio, Ioanne, Francisco & Ludouico. Et sic Don Christophorus, qui ex descendentibus Ludouici est, non posset modo alienationem reuocare, nec vocationem potest prætendere vbi vero ipse Don Christophorus & omnes alij descendentes ex Remigio, Francisco, Ioanne & Ludouico omnino decesserint, tunc bene poterit agnatus proximior alienationem factam reuocare, quia non est incōueniens, † quod fideicommissum interim in suspenso maneat, & acquirens bona interim recte possideat, reuocabiliter tamen. 400 Prout ita vidimus declaratum in fauorem Illustris Don Francisci de Ariño in causa super Baronia de Figueruelas, ex vulgatissimo respōso Pauli Castrensis consilio 247. nu. 3. 1. parte & sequuntur in illa causa consulentes Nata consilio 675. numer. 6. Rolan. consilio 70. num. 47 vol. 3. & late exornat Petra de fideicommissis quæst. 11. num. 186.

SEPTIMO hæc omnia, quæ in terminis iuris vera sunt debent in hoc Regno indubiè admitti. 401 Nam propter statutum præcipiens cartæ standum esse, non debet censeri inducta hæc tacita reciproca. Quia in litera non legitur, sed vel est contra literam, vel præter literam, vt docet Zancus dicta sexta parte numero 195. Pro quo faciunt plura quæ de hoc nostro statuto tradidimus supra.

OCTAVO & vltimo ea quæ supra tradimus fortius comprobantur ex eo quod clarissimè probauimus, substitutiones passiuas conscriptas in persona Contesinæ,

& in persona Michaelis ex defectu conditionum penitus expirasse, bonaque libera penes dictam Contesinam, vel saltim penes dictum Michaelem mãsisse, exacteque ostendimus Don Christophorum in vim substitutionum conscriptarum in linea Ludouici Muñoz cuius ipse descendentes est minimè vocatum extitisse. Quæ cum ita sint contendi
403 nullo modo potest † Cõtesinam vel Michaelem in cuius lineis substitutiones speciales factæ sunt, à quibus ipsi exẽpti sunt, in vim verborum generalium in aliis lineis conscriptarum grauatos esse. Nam clausulæ generales in fine substitutionum positæ, quæ perpetuitatem denotare, & vinculi propagationẽ inducere videntur, præcedẽtes substitutiones speciales, sub certis limitibus, & cõditionibus in certis personis, & casibus conscriptas, nõ possunt puras, & absolutas efficere, & à conditionibus conscriptis recessum inducere ex Socino cons. 62. num. 12. in 3. Aret. cons. 3. num. 1. Dec. cons. 636. num. 12. Menoch. cons. 111. n. 7. Alex. cons. 139. vol. 6. Ruin. cons. 153. vol. 2. & cons. 115. volum. 3.

Frustra enim tot substitutiones † & conditiones alias ab aliis diuer
404 sas testator in lineis substitutorum conscripsisset, frustraque, & inaniter conditiones illæ speciales membranas occupassent: si ex clausulis generalis in fine positis, omnes substitutiones linearum omnium substitutorum vniformes sunt, & subductis conditionibus in eis adiectis, descendentes iure maioratus perpetuo vocantur: cum tamen omni iuri repugnet, vt ea interpretatio admittatur, per quam inutiles, & superfluæ tot substitutiones, vocationes, & cõditiones fiant l. si quando de lega. 1. Aym. cons. 135. nu. 24. consil. 272. nu. 7. cons. 294. num. 3. & in resp. pro genero, numero. 46. Menoch. cons. 1. num. 176.

DICERETVRQVE testator in cõtinenti † tot conditiones, 405
& substitutiones pluribus caducitatibus subiectas, vno verbo corrigere: cum tamen nemo sanè mentis censeatur ita disposuisse, vt dispositionem à se factam in continenti in eodem testamento corrigere dicatur Soc. cons. 63. num. 12. in 3. Areti. cons. 1. num. 3. Dec. cons. 636. nu. 12. Alex. cons. 59. num. 15. vol. 3.

IDCIRCO † ita interpretanda sunt verba testamenti, ne contradictionem, correctionem, contrarietatem, & repugnantiam contineant l. scire. §. illud de excus. tuto. Bar. in l. 1. §. & parui refert. ff. quod vi aut clam. Alex. consil. 30. num. 22. lib. 1. cons. 111. nume. 7. 406

IDEO ne tot † substitutiones, 407
& conditiones in omnibus lineis substitutionum adiectæ, frustra dicantur conscriptę, vel potius. vnico ver-

verbo correctæ, verba potius impropriãda sunt, quàm vt talis superfluitas tolleretur Crau. consilio 135. numero. 24. etiam in actibus strictis Crau. cons. 272. num. 7. & etiam in materia odiosa & penali Aym. cons. 210 num. 13. & in responso pro genero. 46.

408 MAXIME quia de iure est receptissima sententia omnium, substitutiones, & verba generalia nunquam comprehẽdere personas, quibus speciales substitutiones factæ sunt, neque trahi posse ad casus in specie prouisos. l. vxor. §. fælicissimo. de lega. 3. l. cohæredi. §. qui patrem de vulgari. l. talis §. 1. de lega. 1. Alexander. cons. 95. nu. 7. vol. 4. Soc. cons. 69. num. 10. volu. 3. Aret. consil. 1. num. 1. & 2. Dec. cons. 636. num. 12. Rube. cons. 120. numer. 8. Ruin. cons. 116. nu. 1. cons. 114. nu. 7. & 8. vol. 2. Soc. cons. 128. nu. 63. vol. 1. Dec. in l. precibus. C. de impub. col. 1. Cra. cons. 98. col. 2. & his non relatis Menoch. consil. 111. numero 13.

QVARE ne tot conditiones

409 speciales † & substitutiones in certis tantum casibus, & personis conscriptę, frustra scriptę, & inconsiderate correctę dicantur ex clausulis generalibus a Ramiro in fine vinculi adiectis: merito clare imo ineuitabiliter sequitur, ex substitutione agnati proximioris post mortẽ Ramiri, Frãcisci, Ioannis, Ludouici, & descendentium suorum a Ramiro in fine vinculorum adiecta, reciprocam substitutionem inter omnes non induci, neque vincula ex verbis perpetuitatem denotantibus propagari reiectis, subductis, correctis, & superfluis redditis cõditionibus, & substitutionibus specialibus in gradibus præcedẽtibus quoad certas tantum personas, & casus restrictis, maxime cum continuatiuè verba ista & omnes gradus substitutionum conscripti sint (per copulam nempe) quo casu semper verba perpetuitatem inferentia in fine vinculorũ conscripta conseruant (tantum abest vt alterent & immutent) substitutiones et conditiones præcedentes vt cum Anch. consilio 137. in 6. & infinitis aliis resoluimus in prima parte a num. 46. vsque od nu. 68.

SVMMARIVM EORVM QVAE in primo articulo quintæ partis responsi continentur.

409 *TRACTATA in quatuor primis partibus breuiter recensetur.*

410 *Tractatus quintæ partis in tres articulos diuiditur: in quorum primo pactum de retrouendendo cum eius priuilegiis vberrimè explicatur.*

411 *In secundo articulo Ioannem de Villalpando Contesinam de Funes & eorum*

eorum successores sæpius iure luendi vsos fuisse latissime explicatur.

412 In tertio articulo gratiam Regis Ioannis & ex mente & ex verbis translationem, nō extinctionem iuris luendi operari docte, vere, subtiliter, & plena manu explicatur.

413 Dominium de iure communi ex solo titulo absque traditione non transfertur.

413 Dominium ex nuda traditione sine titulo non transfertur.

415 Dominiū in pactis legis commissariæ et adiectionis in diē verbis directis & resolutiuis in continenti appositis sine traditione ipso iure resoluitur & transfertur.

416 Didacus Couarrubias, & eius insignis familia laudatur.

417 Pactum de retrouendendo verbis directis conceptum dominium non resoluere sed personalem tantū non realem actionem producere multi existimant.

418 Pe. Barbosa in prætorio supremo Lusitaniæ Regius. consiliarius laudatur.

419 Pactum de retrouendendo verbis directis conceptum actionem realem producere & dominium transferre etiam contra tertiū possessorē cum Paulo Castrensi verius est.

420 Dominium absq. controuersia retransfertur in Aragonia ex pacto de retrouendendo.

421 Pactum de retrouendendo sine priuilegio particulari, sed potius ex iure communi dominium retransfert in Atagonia.

422 Dominium in Aragonia ex solo titulo instrumento pnblico munito sine traditione transfertur.

423 Pactū de retrouendēdo peculiari priuilegio possessionem in Aragonia resoluit & retransfert.

424 Possessio resultās ex pacto de retrouēdendo in Aragonia ad obtinendū in quocumq. interdicto possessorio sufficiens est.

425 Possessio sine noua apprehensione non retransfertur de iure etiam in casibus in quibus dominium ipso iure retransfertur.

426 Possessio sine apprehensione de iure etiam ex voluntate partium pro translata haberi non potest.

427 Possessio in Aragonia qua ratione sine traditione resoluatur traditur remissiue.

428 Pactum de retrouendendo in Aragonia impræscriptibile est.

429 Pactum de retrouendendo iure communi an præscribatur magna quæstio est.

430 Pactum de retrouendendo qua ratione in Aragonia impræscriptibile sit, & pulcherrimè & elegantissime explicatur.

431 Pactum de retrouendendo pretio soluto vel oblato, & verum dominiū & veram realem & actualem possessionem in Aragonia resoluit.

432 Pacti de retrouendendo priuilegia in consuetudine Regni fundata, vltra nec citra consuetudinem progredi non possunt.

433 Retrouendendi vel reuendendi verbū replicatium est duos actus significans venditionis præcedentis & reuēditionis relatiuæ & retrosimilis.

434 Reddēdi, repetendi, reseruādi, & his similia verba replicatiua sunt.

435 Pactum de vendendo replicatiuum non est, & pacti de retrouendendo priuilegia in regno non habet.

436 Pacti de retrouendendo effectus a doctoribns per verba replicatiua resoluendi & retransferendi insinuātur

437 Pactum de retrouendendo dominium & possessionem in vendente supponit quia retrahēs plus resoluere quā dedit, nec is a quo retrahitur plus per resolutionem amittere quam accepit non potest.

438 Pactum de retrouendendo in Aragonia priorem titulum resoluit distrahit & anihilat.

439 Pacta resolutiua non alias resolutionem operantur quam si verbis directe resolutiuis non ad resoluendum

dendo

QVINTA ET VLTIMA PARS.

409 ANTE actæ quatuor † partes, in quas distribuimus integram vinculorum & substitutionum materiam, & illorum explicationem, manifestissimè ostendunt, ea non solum in initio ingressu, & creatione, verum ex variis capitibus, progressus illorum penitus fuisse extincta & funditus periisse, sicque facilè quicumque percipiet, quæ initio promisimus, consideratis ingressu, progressu, & eggressu substitutionum exactissimè (in fallor) impleuisse. Oportet
410 his absolutis † explicationem quintæ partis huius responsi instituere & prosequi, in qua & in illius primo articulo pacti de retrouendendo (cessi a Serenissimo Rege Ioanne, Ioanni de Villalpando & Contesinæ de Funes & cuilibet eorum & successoribus illorum & cuiuslibet eorum a quibus Cliens noster ius & causam habet) materiam, naturam, & vim præsertim in regno nostro a cõsuetudine immemoriali & inuiolabili vsu illi attributam dilucide explicabimus, ostendentes in vim illius, si non fuisset cessum a Serenissimo Rege, sed eo vterentur hodie sua Maiestas, vel illius successores, potuisse retrahere Baroniam, & illam reddimere non solum quoad dominium verumetiam quoad possessionem realem, & actualem, & resolutis vinculis a Ramiro constitutis post pactum de retrouendendo concessum a Vicecancellario Fúnes, Serenissimo Regi Alfonso, qui ei Baroniam cũ prædicto onere iuris luendi vendidit, nullis temporum curriculis impedientibus redemptionem & resolutionem. Quoniam pactum redimendi in Regno imprascriptibile est, de qua re ipse copiosè & non infeliciter disserui in resp. prælo mãdato pro Mariscallo Regni Nauarrę super oppido de Bierlas, cum in illius fauorem sententia lata fuerit.

IN secundo verò articulo † clarissimè demonstrabimus Ioannem de Villalpando, & Contesinam de Funes, vt cessionarios Serenissimi Regis Ioannis, idem per pactum de retrouendendo efficere potuisse, & effecisse cum effectu, redimendo Baroniam, quam possidebant a se ipsis, & mutando sibi causam possessionis huiusmodi causa extrinsecus de nouo accedente, extinguendo & resoluendo prædicta omnia vincula, & possidendo Baroniam liberam, illamque relinquendo successoribus suis & ita Clienti meo, & pro maiori cautela, & securitate eandem redemptionem in vim præcedentis pacti fecisse Ioannem de Villalpando, successorem dictæ Contesinæ, & eius mariti Ioannis de Villalpando, & in hoc secundo articulo euertentur rationes quædam imbecilles quæ aduersus solutionem, & redemptionem factam â Ioan- 411

a Ioanne de Villalpando Michaeli de Funes proponuntur, & deniquè prodibunt clarissimè in lucē tres exceptiones litis finitæ, impedientes litis ingressum, quæ a foribus iuditij eliminabunt aduersarium.

412 ET in tertio & vltimo † articulo decē fundamētis vrgentissimis ostendetur Serenissimum Regem per suam gratiam cesisse, & trāstulisse ius retrahendi in præfatos cōiuges & illorum successores, non vero illud solummodo extinxisse: (aduersarij putāt) simulq. diluētur, & dissoluentur rationes aliquæ, & si fragiles & cauillosæ quibus aduersarij contendunt ius retrahendi non fuisse cessum, neq. translatum a Serenissimo Rege Ioanne in Ioanné de Villalpando, & Contesinam, sed fuisse extinctum tātummodo, & quando fuisset verbis expressis ius retrahendi cessum, vim cessionis illud sortiri nō potuisse, sed extinctionis & liberationis tātum, & propterea Ioannem & contesinam & successores illorum virtute pacti de retrouendendo extincti redemptionem facere minime potuisse, & deniq. quamuis cessionis vim gratia obtineret cessionē arbitrantur vocatis in vinculis Ramiri, & sic don Christophoro profuisse.

PRIMUS ARTICULUS Quintæ partis.

PRIMI igitur articuli resolutionem aggredior, est enim pulchra & subtilis materia, idcirco pro illius declara-
413 tione animaduerto primū † de iure cōmuni ex solo titulo absq. traditione non transferri dominium. l. traditionibus. C. de pact. vbi omnes, Ripa. lib. 1. respons. c. 2. nu. 18. Alcia. consi. 102 n. 2. lib. 8. insignis Barbosa in l. si mora sol. mat. nu.
414 69. sicuti † ex nuda traditione sine titulo non transfertur. l. nunquam nuda. de acq. rer. domin. Curt. Sē. consi. 74. nu. 18. Alex. 170. vol. 4. Natta. consi. 285. xu. 6. vtrūq. enim & titulum & traditionem ad dominij translationem intercedere oportere omnes profitētur, & quā-
uis † receptissimū sit in pactis legis 415
comissoriæ, & adiectionis in diem verbis directis & resolutiuis in cōtinenti appositis dominium, nō intercedēte tratitione resolui & trāsferri ipso iure, vt post glosam. d. l. traditionibus, omnes ibi animaduertūt & omnia referens Tiraq. de retract. conuen. §. 1. glo. 7. nu. 3. Et lib. 3. var. c. 8. idē tenet Illustrissi-
mꝰ Præsul & preses † Couarrubias 416
Hispaniæ decus, & ornamentū clarissimum: cuius nobilis stirpis & familiæ nescio quo fatali numine, aut Musarum afflatu concessum fuerit ingenium admirabile, natura diuina, & innata quedam propē

fio non solum ad altiora iuris vtriusq. latibula penetranda, sed & ad cunctarum bonarum artiũ, & sciẽtiarum facultates capescendas sicut specimem testatissimum inter plures illius familiæ Heroes exhibẽt D. Anth. de Couar. a Leyua Toletanæ Ecclesiæ meritissim⁹ Magister Canonicus, & D. Ioan. Horozco & Couarrub. Segobiensis Ecclesiæ dignissimus Archidiaconus & ingenij & eruditionis sue fętus in lucem euulgati comprobát, & tandem Didacus Couarrubias in supremo & Regio Aragoniæ Senatu Auditor præstantissimus cuius animi admirabiles & pene diuinas dotes, sciẽtiarum fastigiũ egregia facinora prodere nefas, silere modo fas duxerim, ne omnia ista, & presertim in rebus grauissimis a Serenissimo Rege sibi commissis præclara gesta incommode tractentur.

417 VERVNTAMEN † eximia, ingens, & pugnans est inter interpretes controuersia, vtrum per pactum de retrouendendo (sicut per pactum legis comissoriæ & addictionis in diem) resoluatur & retransferatur ipso iure dominium in venditorem absquè traditione, ita vt venditor actionem realẽ cõtra quemcumq. possessorem instituere possit. Quoniã opinionem negatiuam, quòd non producat actionẽ realẽ sed personalẽ tãtũ existimauit post Bal. & alios Alex. dicens communem consi. 10. volu. 1. quem sequuntur Decius. in l. traditionibus. C. de pactis Iass. in l. 1. §. si hæres. ad Trebel. in l. ab emptione. ff. de pactis. Celsus Hugo dicẽs cõmunem consi. 58. n. 11. Ruin. consi. 32. nu. 16. & 76. nu. 9. vol. 1. Neuis. consi. 88. ante nu. 9. Micheli patro ein. 49. u. 9. Anchar. Regien. q. 13. 1. part. Tiber. Decia. allegando plures antiquos de more consi. 10. nu. 50. vol. 1. & consi. 21. volum. 3. quẽ refert & laudat Mozzius de contractibus tit. de emptione & venditione. 7. par. n. 28. & multi alij relati à Zãco. Natta. Rouescal. in additionibus ad Alex. Quã sentẽtiã cõmunem & sacrosanctam, & vt legẽ seruandam dicit Viuius cõclus. 579. in fine nisi in recursum emptore non existente soluendo Cepha. consi. 42. in prin. Magonius. decis. Florenti. 105. nu. 7. Andræas Gail. lib. 2. obs. 16. nu. 3. doctissimus piissim' & insignis Barbosa † in Supremo Lusitaniæ Prætorio Consiliarius dignissimus & communis omnium doctissimorum Hispaniæ pręceptor. in l. si mora. ff. solut. matrimo. num. 82. 418

CONTRARIAM vero † opinionem scilicet reuendendi pactum verbis directis & resolutiuis conceptum, realem actionem producere aduersus quemcumq. possessorem, & illius virtute sine traditione perinde resolui & retrasferri in venditorem ipso iure dominiũ, sicut per pacta legis comissorię & addictionis in diẽ docuit Paulus Castrensis. in l. si cum venderet. 419

de pigno.

de pignora.actio. per eum tex. vbi Couar. idem Paul. in l.1. ff. de donatio. quem sequuntur eius sententiam veriorem dicentes. Bal. Soci. Alex. Iass. & multi relati a Viuio. supra dicente communem, & præter eos Deci. consi. 187. num. 4. & consi. 514. num. 4. Iass. consil. 211. vol. 2. numer. 2. Soc. Iun. consi. 29. vol. 1. post Bar. Soc. consi. 80. vol. 3. Casan. consi. 83. Aymon. consil. 201. & consi. 381. nu. 1. Gabr. consi. 15. num. 7. & consi. 66. num. 9. vol. 1. Panciro. consi. 144. Tiraq. de retrac. ligna. §. 1. glo. 7. num. 15. Molineus in consuet. §. 23. n. 11. Cagnol. in. l. 2. de rescin. vend. nu. 110. & in l. 2. de pactis inter empt. q. 29. nu. 84. Couar. lib. 3. resol. c. 18. nu. 2. & 3. Pinel. in l. 2. de bon. matern. 2. part. c. 3. nu. 20. post Boherium. q. 182. num. 19. Magon. decis. Lucen. 80. nu. 2. Osasc. decis. 65. nu. 12. & deniq. sententiā Pauli cōtra Alex. communem & vsu receptam dicit Roger. à mota in l. traditionibus. C. de pactis. nu. 54. vt mirum non sit quod Purpur. cō si. 124. col. penult. dixerit amorem causæ traxisse Alex. animum, vt sententiam Pauli sua veriorē impugnaret. Iass. nu. 8. Ioan. Orosius. num. 35. & sequen. appellans communem. in l. ab emptione. ff. de pact. Roderic. Xuar. in l. post rem iudicatam. ff. de re iudi. in declaratione legis Regiæ. 1. limit. num. 9. & 10. Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 8. ordin. pag. mihi. 40. col. vlt. & pag. 41. col. 1. Mēcha. controuers. frequen. c. 69. nu. 8. & profitentur esse communem sententiam Caldas Pereyra. in l. si curatorem habens. verbo sua facilitate. numer. 62. Ioan. Gutierr. cō sil. 27. nume. 2. & veriorē & magis receptam Hiero. Gabr. consil. 66. & de magis communi Borgn. 2. parte, decis. 16. numer. 6. & ex Neapodan. Horatius Carpan. in scoliis ad Stat. Mediol. c. 434. numer. 16. & c. 417. verb. luere, & de communi latè Felic. de solis de censibus libro. 1. c. 5. nu. 10.

HÆC vero Pauli opinio † quam non solum communem contra Alex. sed vsu receptam grauissimi interpretes dicunt, in Regno nostro adeo inuiolabili vsu in forensibus causis recepta est ab initio Regni nascentis vt in discrimen disputationem ue deduci non quæat. noster Moli. verbo possessio resoluitur, & eandem opinionem receptam contra Alexandr. pro Paulo Franciæ, & Sabaudiæ asseuerat Tiraquel. de retract. conuen. §. 3. glo. vnica, numero 1. & Franciæ Molin. §. 41. numero 22. & in Senatu Parisien. & Burdegita. Iudicatum dixit Cassan. consi. 33. nume. 15. relatus ab And. Gail. lib. 2. obseruan. 16. numero 2. & in Senatu Lucen. Magon. decis. Lucen. 80. numero secundo. Quare extante consuetudine supradicta, vel statuto cessat interpretum controuersia, & conflictus opinionum inter Alex. & Paul. vt aduertit Dec. pro Paulo. consi. 88. n. 3. versi. secundo. 420

421 NEQVE impensus † est in hoc articulo fauor aliquis, vel singulare priuilegium in hac prouintia pacto de retrouendẽdo, sed ex regulis cõmunibus, & vulgaribus efectus huiusmodi illi est attributus a cessante ratione, quæ impulit Alex. vt contrarium consuleret d. consi. 10. vol. 1.

422 CVM enim † in patria nostra ex solo titulo instrumento publico communito transferatur dominiũ sine traditione. obs. Item in Aragonia de general. priuileg. obser. vni. de pactis inter empt. obs. Itẽ si aliquis de empt. & vend. obs. Itẽ nota. de donatio. Molina verb. dominium. versi. 1. fol. 102. verbo. instrumentum. fol. 184. & verbo permutatio. fol. 250. (vbi eruditissimus Portoles in Scholiis aduertit statuto aut lege Regni id fieri potuisse ex Soc. consi. 6. nu. 10. vol. 4.) ex solo titulo (& sic ex pacto de retrouẽdendo) sine traditione retransfertur, sicuti de iure cõmuni quoties ex solo contractu sine traditione transfertur dominium ex solo distractu retransfertur, glo. elegantissima & receptissima magna. l. 1. C. de in offi. donat. quam sequuntur omnes ibi Alex. consi. 199. num. 3. vol. 6. Rube. consi. 58, nu. 3. & Alex. d. consi. 10. nu. 4. vol. 1. Tiraq. de retract. connub. §. 1. glo. 7. n. 12. & in l. si vnquam verbo reuertatur numer. 17.

423 HABET † tamẽ pactum de retrouendendo in Regno alios duos mirabiles efectus (aduersus iuris communis receptissimas regulas) ex immemoriali & inuiolabili vsu attributos, quorũ primus est, quod resoluit ipso iure non solum dominiũ sine traditione (vt prædixi) sed etiam possessionem existentem penes quẽcumquẽ; adeo verè & † realiter, vt cum ea retrahens, ac si naturaliter, & corporaliter rei insisteret, instituat omnia interdicta possessoria superiora, & inferiora litis pendentiæ, siue recredentiæ, & in eis sententiam obtineat, vel soluto pretio, vel renuente emptore recipere facta legitima oblatione & depositione vt docet Molinus verbo Possessio resoluit. versi. Secundus casus. fol. 258. vbi eruditissimus Portoles, & Rolandus de efectu resolutiuo possessionis huius pacti in Regno nostro loquẽs. cõsi. 64. nu. 1. vol. 3. 424

HOC vero cõmuni & receptæ omnium sententiæ pugnat, qua edocemur nunquam possessionem † retransferri sine noua apprehensione: quia multum habet facti, etiã in casibus in quibus dominium ipso iure retransfertur. Cas. consi. 33. nu. 6. Dec. cons. 366. in fine, Tiraq. d. verbo reuertatur. nu. 2. & de cõstituto. 3. par. limit. 30. num. 58. Peralta optime in l. Titia. numer. 32. de lega. 2. Ioã. Gratia. regula. 467. numer. 10. post Bart. in l. commissa de publi. & vectig. 425

HOC autem receptum est † quamuis contrahentes velint habere pos- 426

re possessionem pro translata, quia nihilominus sine apprehensione non quęritur. Alex. in l. cũ hęredes de acquir. possess. num. 2. & consil. 82. nu. 6. vol. 2. Io. Gracian. d. nu. 10. Mascard. concl. 1185. numer. 9. Quia nihil profecit partium volun tas, nisi lege id caueretur quod fieri possit, vt scilicet possessio sine ap prehensione transferatur, & retrãs feratur, docent Bald. in l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles. num. 8. Ias. in l. 1. num. 7. C. commun. de legat. Ripa in l. 1. de acquir. possess. numer. 37. Couar. lib. 3. varia. c. 5. numer. 6. Tiraq. supra dict. verbo. reuertatur. numer. 297. & in tract. le mort saisit le vif. in præfatione declarat. 3.

427 ET quamuis de ratione † huius priuilegij huic pacto impensi ad causæ huius decisionem inquirere nõ oporteat. Ne illa deficere videamur, animaduerto pro ratione resolutionis possessionis legi posse elegantissima Molinei verba in cõ suetud. §. 30. nume. 172. & sequen. post Paul. in dict. l. si cum venderet. Molin. ad Alexandr. dict. consil. 10. Chassan. consi. 11. nume. 64. & consi. 33. numer. 14. & consi. 41. numer. 7. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glo. 7. nume. 6. & 7. & §. 3. glos. vnica. num. 1. Couar. & multi ex relatis supra.

428 POSTERIVS autem † priuilegium huic pacto resolutiuo attributum est etiam regulis iuris cõ munis contrarium, imprescribilitatis nempe. Quia nulla seculorũ serie nullisquè temporum curriculis præscribitur aduersus ius commune, quo contrarium † decretum est 429 communi omnium calculo sicut constat ex Angel. consi. 55. Anchar. 335. Iass. num. 27. Deci. num. 7. l. petens. C. de pactis Boher latè decis. 182. nu. 1. & 14. & sequen. Balbo. de præscript. 4. parti. quintæ partis principalis. q. 3. Gozad. in l. 2. de pactis inter empt. nu. 71. vbi Cagnol. numer. 23. Rolan. consi. 25. vol. 2. Gabr. de præscriptio. concl. 10. nu. 11. Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. Couar. lib. 1. resol. c. 9. Pancirol. consi. 96. num. 27. Rebuf. dicens communem, veriorem, in iudicando seruandam in l. vnic. C. de eo quod interest 1. not. numer. 54. Zasius consi. 14. num. 75. Riminald. in princi. inst. per quas pers. nob. acq. num. 30.

VOLVERVNT enim † in 430 Regno ne latitudo voluntatis contrahentium impediretur, vt inquit Molineus in alio proposito. §. 55. glo. 1. num. 46. sed vt ea firma, perseuerans, præscriptioni non subalternata permaneret & perseueraret fauore frequentiæ huius pacti. argumento. not. a Bal. in dict. l. 1. de donat. numer. 10. & Alexand. dict consil. 10. & vt dominium & possessio redirent in pristinam causam, & ad primum authorem a quo cum onere reuersionis dimanarunt, iustum existi-

mantes,ne ex temporis vetustate reuersio difficilior redderetur, vt Molineus scitissimè inquit in consuetud. §. 13. gloss. 5. nume. 26. & Bal. in c. 1. §. rursus. quemad. fæud. amit. & hanc sententiam in terminis iuris cõmunis tenẽt,& veriorem putant Chas. consi. 11. num. 1. Gomez. de contract. 2. thom. c. 2. num. 28. Fabianus de emptioni. 7. quęst. 3. p. princi. q. 3. relatus a Casa. in Consuet. rub. 5. tit. des rentes, §. 1. num. 10. post Alex. cons. 46. vol. 3. & ita decisum in Camera Imperiali profitetur Misinger. obseruan. 16. & latissime confirmat ex Velasco, & aliis Caldas in l. si curatoré verbo sua facilitare nume. 67. quę opinio cum in verborum vi (quandocunq. pretium exoluatur, &c.) fundetur, quæ præscriptioné subleuare aiunt, in Regno indifficilis est propter Forum standũ esse charte pręcipienté,& hãc Lusitaniæ seruari inquit Caldas supra.

SED cum consuetudo ista inuiolabili vsu (vt prædixi) & iudicũ peritissimorum sententiis in grauissimis causis communita & cõstabilita sit, frustra de ratione inquirimus. Sed ex superioribus meminisse oportet † id verè deprahendi, 431
pactum reuendendi in Regno imprescriptibile esse, factaq. solutione pretij, vel renuẽte quocunq. possessore illud accipere facta oblatione & depositione legitima resoluere retrahenté in illius vim, non solum dominium, verum & possessioné veram, realem & actualem, & ab obtinendum in articulis possessoriis legitimam.

SED oportet † animaduertere 432
pro perfecta explicatione huius pacti & virtutis illius, quod cum consuetudo & nõ lex aliqua scripta resolutionis & impræscribilitatis priuilegia illi præstiterit, & in cõsuetudine illa pedes fixerit, nõ licet vltra nec citra progredi vt Moline. de consuetudine loquens scite dixit. §. 22. n. 17. Sunt itaq. superiora † priuilegia ex consuetudine attri- 433
buta pacto de retrouẽdendo, quod cum verbo replicatiuo retrouendendi, vel reuendendi inscriptum sit, pro sui essentia requirit venditionem præcessisse factam ab eo in cuius fauorem conceditur, sicut in proposito præcessit facta de huiusmodi Baronia a Serenissimo Rege Alfonso Vicecãcellario Ioãni de Funes, qui pactum reuendendi Regi concessit. Verba enim omnia replicatiua nõ vnũ, sed plures actus significãt, scilicet pręcedenté alterũ altero sequẽti relatiuũ, & retrosimile: n. Bal. cõs. 459. volu. 1. in fi. per l. ab emptione. ff. de pactis. & idẽ Bal. in l. eũ actũ. 2. notab. de reb. credi. de verbo reddendi † lo- 434
quẽs, de verbo repetere. Bar. in ru. solu. matri. n. 2. de verbo. repetere. Cepola de seruit. vrban. titu. de restitutione. n. 5. Bohe. decis. 44. n. 8. & de verbo reseruare Gomez in l. 40. Tau. n. 17. Et deniq. de verbo reuẽdendi Cor. cõs. 338. vo. 1. n. 4.

Tiraq.

Tiraq.in l.si vnquam, verbo reuer tatur,& verbo libertis. numer. 95. & tandem in pacto reuendendi & in regno nostro loquens Roland. consi.69.vol.3.per totum, erudite
435 resoluens † ex superiori ratione pactum acquisitiuũ de vendendo nõ habere in Regno priuilegia imprescriptilitatis et resolutionis, pacto resolutiuo, & vt ita loquar distractiuo de reuendendo attributa: quod & receptissimum est in Prouintia nostra.

436 SICVT autem diximus † pactum distractiuum reuendẽdi quia voce replicatiua inscriptũ est præsuponere pro sui essentia venditionem antecessisse,quæ in vim illius distrahitur & resoluitur, & proptera ad pactum de vendendo & ad alia pacta acquisitiua priuilegia sua protendi non posse,ita etiam animaduertere oportet efectus huiusmodi pacti de retrouendendo vocibus replicatiuis esse ab omnibus interpretibus inscriptos,dum inquirunt,vtrum ex pacto de retro uendendo resoluatur,& retrãsferatur in retrahentẽ dominiũ,& possessio,vt constat ex Paulo Castrensi.in.d.l.si cum venderet.& ex Alexan.d.consil.10.& omnibus qui illos sequuntur quos supra copiosè retuli.

437 EX quo egregiè † deducitur,vt producat effectus resolutionis dominij & possessionis huiusmodi pactum,oportere dominiũ & possessionem per venditionis contractum antecedentem in emptorem fuisse translatum, alioquin voces replicatiuæ resoluendi & retrahendi dominium, & possessionẽ nõ essent propriè efectibus huius pacti attributæ,nisi præcesissent actus translationis iuriũ,dominij, & possessionis aliis sequẽtibus retrosimiles,& relatiui retrãslationis nẽpe eorundẽ iurium,ea enim resolutio eficit vt omnia in pristinam causam reponãtur distrahendo,& pro non facto habendo contractũ antecedentem,adeò vt neq.retrahẽs plus resoluere quam dedit, neq. is a quo res retrahitur,plus per resolutionem amittere quã accepit vllo modo possint.l.voluntate. §. fi. ff.quib.mod.pign.Bald. in.l. 3. de pact.inter Iass.pulchre consil.128. num.4.vol.4.Boher.deci.351. nu. 6.Tiraq.de retrac.lignag.§.19.glo. vnica.numer.4.Molineus in consuetud.§.55.num.58.

EX quibus deprehẽditur † priuilegia imprescribilitatis & resolutionis supradictorum iurium fuisse attributa pacto retrahendi resoluendo,distrahendo,& anichilãdo priorem titulum translatiuum iurium,quę resoluuntur:nulloq.iure, consuetudine,aut ratiõne pactis acquisitiuis, etiam si verbis directe resolutiuis cõciperentur fuisse impertita. In quo quia cõferentissimũ est ad huius grauissimæ causæ decisionẽ oportet aliquãtulũ amplius insistere. 438

& veritatem huius resolutionis explicare clarius & confirmare vrgētius.

439 Confirmatur † primò superius assumptum ex glo.cōmuni.l.1.verbo mortis causa donatio. de donatio.volente pacta resolutiua supradicta, vt operentur resolutionē oportere concipi verbis directè resolutiuis, nō ad resoluendum obligatiuis, vbi Bart.& omnes, & etiá in l.ab emptione. de pactis. ff. vbi Ias.num.7.Orozco.nu.34. Tiraq. de retrac.conuen.§.1.glo.7.nume. 17.Couar.lib.3.resol.c.8.& omnes relati supra in versi.cōtrariam vero opinionem.

440 RATIO est, quoniam † verba directa & mere resolutiua (veluti res sit intempta) soluto pretio extingunt primum contractū,& penitus anihilant titulum antecedentem, sine quo sicut nuda traditio à principio dominiū nō trāstulisset. l.nūquá nuda.ff.đ acqui.rer.domi. Ita ex post facto extincto,& resoluto titulo nō potest cōseruari penes emptorem, vel habentem causam
441 abeo, quoniam paria sunt † ab initio titulum non interuenisse, vel ex post facto per huiusmodi pacta ad non essentiam deuenisse. Quapropter retrahens, cū reducat omnia ad eum statum, a quo incipere non potuerunt, restituitur & reponitur in dominium quod initio habebat, & quod transferre initio sine titulo non poterat.

SED quoties † verba non sunt directè resolutiua, sed obliqua & ad resoluendum obligatiua, vt promitto reuendere, titulus qui ab initio fuit causa translationis dominij, nō extinguitur, non anihilatur non resoluitur: idcirco non fit resolutio iurium translatorū, quia non extincto titulo, qui fuit causa translationis dominij, non cessat causa conseruatiua illius in acquirente sicut egregiè expendit Bald.in l.traditionibus.C.de pactis.nu.13.& in l. 1. lectura antiqua. ff. de lege comissor.Bar.in l.1.ff.de donatio. nu 10.Angel.omnino videndus in l.si hominem. de vsucap. & ante omnes Cinus. in l. 1. de in diem adiect. 442

QVÆ ratio † licet verissimā sit, ad constituendam differentiam inter verba obliqua & directa, quo ad resolutionem faciendam per superiora pacta iurium translatorū in emptorem, non tamen confert, quoad priuilegium resoluēdi ipso iure his pactis attributum: cū alia pacta præter superiora nequaquá dominium sine traditione (quāto magis possessionem) resoluant, etiamsi verbis directis & resolutiuis concipiantur, vt aduertit Bar. in dict.l.1. de donatio. numer. 10. Alexan.d.consi.10.volum.1.Ruin. consil.32.numer. 15.vol.1.& omnes supra relati. 443

ET quamuis in Regno † non curemus de verbis mathematicis, 444

cis, vt in simili inquit Moline. in consuetud. §. 23. num. 12. & sic non
445 constituatur † differentia inter pactum reuendendi conceptum verbis directis, & obliquis, sed obliqua vim directorum habeant ex consuetudine inuiolabili ad resoluendum dominium, & possessionem: veruntamen ex hac communi sententia glos. in d. l. 1. de donation. sic verè declarata cõstat, vim huius pacti consistere, effectumq. suum operari non acquirendo, vt prædixi, sed distrahẽdo, extinguẽdo, anihilãdo titulum primæuum, qui fuit causa translationis dominij, & possessionis, & reducendo rem in pristinam causam reuniendo, & reassumendo dominium, & possessionem propriam, quam initio venditor habebat, & nihil amplius.

CONFIRMATVR Secun-
446 dò hæc resolutio † ex altera glosa cõmuni verbo. quid ergo. l. ab emptione. ff. de pactis. dum vult oportere pacta ista resolutiua verbis directis fieri in continenti, vt operẽtur resolutionem, pulchrè Bald. in l. 2. C. commu. de legat. nu. 2. dicẽs inter verba directa, & deprecatiua nullam esse differentiam si pacta ista ex interuallo fiant, sequuntur omnes, in d. l. ab emptione, Tiraquel. dict. §. 1. glos. 7. Couarru. d. lib. 3. c. 8. omnes supra relati, Zancus, Natta, Rouescal. ad Alexand. d. consil. 10.

447 RATIO Est, † quia post ius perfectè quæsitum emptori per vẽditionem, licet venditor de nouo possit acquirere dominiũ, & possessionem rei venditæ, non tamen potest titulum factum, & perfectũ extinguere, & anihilare ipso iure, & pro non facto habere, quamobrem cum titulus dominij translatiuus perseueret illęsus, dominium in illius vim quæsitum suo titulo, & causa vestitum perseuerat, neq. vlla ratione per viam resolutionis reuniri potest suæ pristinæ causæ, quamuis ex nouo quæri possit pulchrè Bald. in dict. l. traditionibus. numer. 13. Molineus in consuetud. §. 22. num. 19.

SED Quando † ante contra- 448
ctus, & tituli translatiui perfectionem pacta resolutiua fiunt (& sic in continenti) dominium ab initio transit suspensiuè, & limitatiuè, quousq; tempus resolutiuæ conditionis, vel pacti resolutiui euenerit. Bald. pulchrè in l. cum mulier. num. 5. versi. de secundo dubio. solut. matrim. Areti. in l. qui absenti. num. 9. de acquirend. possess. ff. & in l. 1. C. de inoffic. donatio. in fine.

QVOTIES † Verò do- 449
minium ab initio transfertur limitatiuè, & suspensiuè, vsque ad certum tempus, vel euentum, eo eueniente, ipso iure extinguitur, & resoluitur, & pro nõ facto habetur titulus, qui fuit causa trãslationis dominij: idcirco cessante causa translatiua, cessat causa conseruatiua

S dominij,

dominij, vt prædixi, & illud ipso iure reddit ad sua prima principia attractiua. l. voluntate. §. fi. ff. quib. mod. pign. Bald. pulchrè in l. 3. C. de pact. inter empt. Boher. decis. 351. numer. 6. Ias. consil. 128. nu. 4. volum. 4. pulchrè in simili Bald.
450 consil. 9. volum. 1. dicens, quoties † feudum ex natura resolutiua reuertitur ad dominũ directum, reddit (inquit) ad eum ipso iure sine traditione, & sine sententia, quia dominij directi vis semper est in actu permanenti ex vi attractiua Molineus videndus in consuetud. §. 30.
451 numer. 176. & 178. cum † enim à principio emananauerit dominiũ cum onere reuersionis, vt in simili Molineus inquit. §. 13. glos. 5. num. 26. non potest difficultari reuersio vt scitè Baldus inquit in c. 1. §. rursus, queadm. feud. amitt. confert. l. fi. C. de legat. & ad eã Peralta in l. Titia. §. Titia. numer. 10. de lega. 2. Zancus in repetitione. §. cum ita. numer. 220.

EX Qua communi resolutio-
452 ne deducitur † illud pactum operari effectus suos non acquirendo, sed resoluendo iura, quæ ab initio à venditore in emptorem limitatiuè, & suspensiuè dimanarunt: cum prædixerim sæpissimè omnia huius pacti virtute in pristinam causam restitui, pactisq. resolutiuis, & non acquisitiuis superiora priuilegia esse attributa.

CONFIRMATVR Tertio
453 † ex elegantissimis Molinei decisionibus, quas hic referre libuit. Ita què dixi, pacta supradicta resolutiua, & sic pactũ de retrouendo nõ esse nouos cõtractus acquisitiuos, sed exequutionem quandam priorum contractuum, qui ante eorum perfectionem adiiciũtur, quæ illos destruit, distrahit, anihilat, & extinguit per vim resolutionis: nihil enim aliud est resolutio, quã emoritio prioris tituli, & acquisitionis. Bal. optimè cõs. 415. vol. 2. quẽ refert, & sequitur Molineus in consueted. §. 22. n. 15. & §. 55. nu. 98. dicens, quoties via resolutiua agitur, non esse nouum contractum, sed meram primi resolutionem, & nu. 128. sequitur Bald.

CVM Igitur † impræscribilitatis, & translationis dominij, & possessionis priuilegium nõ sit attributum in regno pacto de vendẽdo, neque pactis acquisitiuis, sed pacto resolutiuo, & distractiuo retrouendẽdi per viã extinctionis anihilationis, & emoritionis prioris tituli, vt prædixi in declaratione antedictarum glossarũ impossibile est retrahentẽ in vim huius pacti plus minusúe resoluere, quã initio trãstulerit, alioquin nõ esset resolutio, cũ ea verè, & propriè faciat redire omnia in pristinam causam, Molineus. §. 55. num. 58. per d. l. voluntate. §. fin. Ias. d. consi. 128. num. 4. in 4. Boher. d. decis. 352. num. 6. 454

DENIQVE Retrahẽs † in vim pacti resolutiui, quod initio dedit ipse, vel autor eius recuperat, ius suum antiquum continuat, reunit 455
rea-

reasumit,& in vim antiquæ & pristinæ causæ res illi redditur nó autem transfertur de nouo in eum, sicq. amplius quam dedit, neque minus quam translatum fuit resoluere est impossibile, vt latè deducit Tiraquel.de retract. Lign.§.19. numer.4.Molineus pulchrè.§.22. numer.12.inquiens quando via resolutiua agitur, nó dici subesse nouam acquisitionem, sed restitutionem, & retranslationem ex causa antiqua venditioni hærentem.

456 ET Pulchrius † idē Molineus. §.30.num.171.vsque num. 177. inquiens quoties feudum tēpore finitur,& resoluitur(sicut resoluitur venditio per pactum reuendendi) reuerti illud ad patronum non in vim transmissionis iuris vassalli in eum,sed quasi naturaliter emoriatur per abnegationem,priuationē, emoritionem,resolutionem ex natura rei,& causæ veteris, & intrinsecæ necessitate,sine voluntate & facto amittentis ius, fieriq. reuersionem ipso iure ait, quoniam priuatio, vel non fit,vel trahit secum executionem, non solum respectu dominij, sed & possessionis, ex quo deducitur inretrahentē,cum via resolutiua agat,in vim huius pacti non transferri ius emptoris, sed ipsum ius suum antiquum reassumere.

457 NEQVE Vero minus† accommodatus est locus eiusdē Molinei.S.13.glos.5.numer.22. asseuerans retrahentem in iure retractus non esse emptorem, sed recuperatorem iuris,quod ab initio dedit, cum ab inuito auocet,nec capiat ius,& causam ab eo, sed à seipso, neque subrogetur in locum emptoris, sed sui ipsius, quapropter idem quod dedit, & non minus, neque amplius recuperare poterit,& debet:quoniam vt idē Molineus scitissimè inquit. dict. §.13. glos.5.numer.33. & sequent. retractus nihil acquirit, sed distrahit, nec ius emptoris in venditorem retrahentem transfundit, sed ipse ad ius suum antiquum,& primitiuum integrè, & sine diminutione restituitur, & omnia restituuntur, & in pristinum, & primæuum statum redintegrantur.

EX superioribus † non minus vere quam dilucidè, & vrgenter confirmatis deducitur,facta resolutione in vim pacti de retrouendendo, neque retrahentem, neque illum,contra quē ius retractus exercetur ampliorem vtilitatem, aut damnum aliquod percipere, aut sentire posse, quam si contractus aquisitiui,qui virtute dicti pacti extincti,emortui, & resoluti sunt ab initio non intercesisset, sed vterq; in eo statu mansissent, & perseuerasset,in quo erat ante quam cōtractus,qui fuerūt resoluti, & extincti facti extitissent, referam exempla communiter recepta damni, quoniam ad decisionem causæ maximè conferunt. 458

459 EX Anteacta resolutione† verissimè deprehenditur, quod si emptor cum pacto reuendendi, vel habēs causam ab eo, rem emptā obligationib', vel hypothecis, vel aliis oneribus, aut vinculis subiecerit, vēditore postea in vim pacti de retrouendendo rem retrahente, illā solutam & liberam ab oneribus, obligationibus hypothecis, & vinculis ab emptore contractis recuperat. Quoniam si nunquam factus extitisset venditionis contractus, emptor non potuisset rem obligare & oneribus antedictis eam subiicere, sed venditor eam penes se habuisset liberam, ergo cum retrahens per resolutionem ad pristinū statum rem reducat, in quo fuisset si vēditio facta nō extitisset oportet, quod res iure retractus pristinę causæ reunita, & recuperata libera redeat ad retrahētem sicut erat libera ante venditionem factam, ex iure pacti extinctam, emortuam, & resolutam. l.3.§.sed & Marcellus. de indiem adiect. l. lex vectigali. de pignor. Bart. in l. fin. ff. de publica. & in l. indiem. de aqua plu. arcen. Guido Papæ decis. 575. Curt. de feudis. 4. part. q. 14. Bertran. cōs. 3. vol. 3. Dec. consil. 88. num. 3. & infiniti propè, quos refert Tiraq. de retract. Lignag. §. 19. glos. 1. per totū. & de retract. conuentio. §. 3. glos. 1. nu. 13. vbi sunt concord. Molineus §. 1. glos. 1. q. 5. nu. 26. & 27. & §. 13. glos. 5. num. 26. & sequent. & §. 30. nume. 171. cum sequent. & melius. §. 41. num. 21. & §. 55. nume. 47. & 188. Frecc. de subfeudis. fol. 307. versicul. hic ergo. decis. Pedemon. 165. num. 9. Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. 3. part. num. 72. post Guid. decis. 181. nu. 8. latissimè Garc. de hypoth. post cont. per totum.

SECVNDO Deprehenditur† quod si emptor cum pacto reuendēdi habebat in re empta ius vsusfructus, vel seruitutes, vel hypothecas, aut pēsitationes aliquas: venditore, vel habente ius ab eo, rem retrahente, manere penes emptorem ius vsusfructus, pensitationes, hypothecas, & seruitutes, quia cum per retractum omnia reponātur (vt sępenumero prædixi) in eū statum, in quo erant ante vēditionem, neque emptor potest amittere iura, quæ super re empta habebat ante venditionem, neque venditor retrahere iura, quæ non habebat: idcirco retrahens resoluta venditione per pactum, rem recuperat iisdem oneribus suppositā, quibus ante venditionem erant. l. si maritus. l. dominus. de vsufructu. 460

ACQVISITIO Enim dominij† reuocabilis (qualis est illa, quę subiecta est pacto resolutiuo de retrouendendo) nō attenditur, neque confusionem perpetuam inducit: ideo seruitutes, hypothecæ, & alia quæcumq. onera ad vtilitatem emptoris sequuto retractu reuiuiscunt, & illi conseruantur. l. ex sextante. §. latinus. de except. rei iudic. l. debitor. ad Treb. l. legatarius. de lega. 461

de legã. 1. Paulus dicens mirabile, in l. ita tamen. §. si ex Trebelliano. nume. 2. ad Trebell. vbi Alex. idem Paul. consil. 19. vol. 2. post Bal. cõsi. 140. vol. 4. omnes in l. debitori. C. de pact. vbi Decius. numer. 4. Soc. 9. Curt. pulchrè. num. 3. Roma. cõs. 276. Curt. Iunior. 54. nu. 12. Aym. pulchrè consil. 300. num. 7. late Pinel. in l. 1. de bonis matern. nu. 81. Sed punctim in iure retractus conuẽtionalis, in quo versamur. Tiraq. de retrat. conuent. §. 2. glos. 1. num. 10. & latissimè de retract. Lignag. §. 1. glos. 7. nu. 62. vsque ad 65. vbi respõdet ad legẽ si tibi. quib. mod. vsusfruct. amitt. sed acutissimè & elegantissimè Molineus. dict. §. 13. glos. 5. num. 30. cum sequent.

E S T Enim iustissimũ, vt effe-
462 ctus † proportionetur suæ causæ, non solum respectu durationis ex post facto, sed respectu virtutis inexistentis à principio ipsi causæ efficienti, secundum quam effectus imprimitur & calificatur, vt Molineus scitè differit. dicta glos. 5. numer. 38.

S V P E R I O R A Omnia
463 † clarissimè ostendunt, pactum de retrouẽdendo in regno esse impręscriptibile, & facta solutione prætij, vel renuẽte possessore illũ accipere facta legitima oblatione, & depositione, retrahentem ipso iure sine traditione resoluere nõ solum dominium, sed & possessionem veram & realem sufficientem & legitimam ad obtinẽdum sententiã, in quibuscumq. articulis possessoriis, tàm superioribus, quàm inferioribus, simulq. retrahentem consequi integrũ, & omni ex parte absolutum omne illud ius, & possessionem, quę initio per venditorem translata fuerunt in emptorem, & emptori, vel habenti causam ab eo manere illæsa conseruata, & salua iura omnia, quę super re empta habebat: cũ sæpenumero prædixerimus pactũ de retrouẽdẽdo omnia in pristinam causam reducere, in qua erant ante vẽditionem sub huiusmodi pacto concessam.

O S T E N D V N T † Præ- 464
terea secundo, & hoc conferentissimum & necessarium ad causæ decisionem est, Serenissimum Regẽ Ioannem, si non cesisset pactum de retrouendendo in fauorem dicti Ioannis de Villalpando & Contesinæ de Funes, & successorum ipsorũ, sed illud penes se retinuisset, & ipse Serenissimus Rex, vel Serenissimi Reges illius successores eo vsi fuissent, quod ineuitabiliter extinxissent. anihilassent, & emori fecissent venditionem dictæ Baroniæ factam à Serenissimo Rege Alfonso præfato Viceccancellario, cũ prædicto onere iuris luendi in continenti constituto, & in illius vim ineuitabiliter (vt dixi) redemissent recuperassent, reuniuissent pręfatam Baroniam liberam, prout eam habebat prædictus Serenissimus Rex Alfonsus (cui legitimum successo-

rem extitisse in processu plenè probauimus Serenissimum Regē Ioānem, & sic ad eum ius redimendi legitimè pertinuisse) ante vēditionem, & ex consequenti nullis vinculis suppositam, & propterea resolutis, & penitus extinctis vinculis, & substitutionibus super ea constitutis à dicto Ramiro de Funes, cū nihil disponere potuerit super Baronia in præiuditium reuersionis, vt difficilior aliquo modo reddatur, cū sæpenumero prædixerimus pactum retrahēdi ex illis principiis attractiuis, quæ remanserunt penes venditorem omnia in pristinū statum reponere, & restituere extinctis & resolutis omnibus oneribus medio tempore ab emptore, vel habentibus causam ab eo constitutis.

CVM Quibus absoluimus, & finem imponimus huic primo articulo huius quintę partis. In secūdo & sequenti declarabimus Regis Serenissimi Ioannis cessionarios, & in pacto de reuendendo successores, scilicet Ioannem de Villalpando, & Contesinam de Funes & habentes causam ab eis idem potuisse facere, quod Reges facere potuissent si non cessissent ius redimēdi, & cum effectu idem fecisse, redemisseq. & retraxisse Baroniā liberā pro se, & habentibus causam ab eis, & ex consequenti pro Cliēti meo, extinctis, & resolutis penitus vinculis, & substitutionibus dictī Ramiri, vt vero præstem, quæ policeor me probaturum ad secundī articuli declarationem accedo.

SVMMARIVM EORVM QVAE *in secundo articulo quintæ partis responsi continentur.*

465 *IVS Retractus feudalis, vel censualis, vel proximitatis, & consanguinitatis cædi non potest.*

466 *Ius retractus conuentionalis liberè cædi potest.*

467 *Cessionarius omnia potest, quæ cedens potuisset, & omne ius, & omnia priuilegia cedētis acquirit.*

468 *Ioannes de Villalpando, & Contesina Regis (in iure luendi) cessionarij ius luendi exercere possunt cū eisdem priuilegiis, & prærogatiuis, quibus Rex ageret si cessio non intercessisset.*

469 *Pactum luendi eiusdem substantiæ est in Rege, & eius cessionariis.*

470 *Ius luendi translatū in Ioannem de Villalpando, & Contesinam, & quēlibet eorū, & cuiuscunq. illorū successores à quolibet ex eis insolidū integrum pretium soluēdo exerceri potuit.*

471 *Ius luendi sicut aduersus tertiū possessorem exercere potuissent Ioānes de Villalpando, & Contesina, ita potuerunt euincere a seipsis posidentibus Baroniā euincendo, vincula extinguendo, & causam possessionis mutando.*

472 *Emptor rei alienæ si vero domino succedat dicitur a seipso euincere, &*

re, & potest aduersus venditorẽ ex euictione agere.

473 *Legatarius conditionalis rem sibi legatam ab hærede emens conditione pendente si postea conditio existat dicitur a se ipso euincere, & pretium potest ab hærede repetere.*

474 *Euincere a se ipso quis potest in multis casibus.*

475 *Euictio & mutatio possessionis ab ipso possidente sibi ipsi facta primum titulum resoluit, & nouam causam possidendi præstat.*

476 *Euincens a se ipso per actum ocultũ euictionis a se ipso factæ videtur a se ipso possessionem antiquam auocare, & denuo ex nouo titulo illam accipere.*

477 *Possessionis causam mutare sibi ipsi accedente noua causa vera, vel putatiua quis potest.*

478 *Mutatio possessionis ex noua causa superueniente potius dicitur authoritate legis, quam facto hominis fieri.*

479 *Mutatio possessionis ex noua causa solum requirit vt mutans voluntatem verbis, vel factis declaret.*

480 *Possessionis causa mutari potest ex antiqua causa de nouo ad possessoris notitiam perueniente.*

481 *Mutandi possessionem voluntas ex quocunq. facto ad id tendente declarari potest.*

482 *Mutationem possessionis ex noua causa ipso iure contingentem, declarationẽ animi non requirere verius est.*

483 *Ioannes de Villalpando & Contesina a se ipsis luitionem fecerũt, & Baroniam euicerunt noua causa iuris luendi superueniente.*

484 *Ioannes de Villalpando, & Contesina mutasse sibi causam possessionis satis declararunt de Baronia tanquam de bonis liberis disponendo.*

485 *Ioannes de Villalpando non potuit de Baronia disponere, nisi prius causam possessionis sibi ipsi mutasset.*

486 *Possessionis mutatio ex noua causa venditionis non contingit, nisi venditionis pretium soluatur.*

487 *Ioannes de Villalpando, & Contesina ex noua iuris luendi superuenientia sine facto hominis, sine declaratione voluntatis, & sine solutione pretij, sibi ipsis possessionem mutarunt, vt circuitus vitaretur.*

488 *Circuitus inutilis euitandus omnino est, vt actiones celerius coniungantur.*

489 *Obligans se ad se obligandum ad cẽtum statim obligatus manet, vt circuitus euitetur.*

490 *Circuitus vitandi gratia profacto habetur, quod necessario in actu fieri oportet.*

491 *Circuitum vitatum fuisse in redemptione Baroniæ ex superuenientia nouæ causæ obseruantia sequuta declarauit.*

492 *Obligatus ad concedendum pactum reuendendi absque noua obligatione tenetur reuendere, vt circuitus vitetur.*

493 *Curiæ supremæ semper solent veritatem amplecti.*

494 *Circuitus absque dubitatione vitandus est, vbi nulla resultat ex eo vtilitas.*

495 *Circuitus vitari nõ debet, vbi aliqua potest ex eo vtilitas resultare.*

496 *Solutio pretij iuris luendi facienda a Contesina sibi ipsi omnino inutilis erat, & sic vitanda, & profacta habenda.*

497 *Solutionis actus breui manu, & intellectualiter censetur factus, vt celerius quis actionem consequatur.*

498 *Solutio ex fictione breuis manus profacta habetur, & gratia vitandi circuitus oculis corporis occultatur non tamen oculis intellectus.*

Moli-

529 *Præsumptio naturalitatis reiicit onus probandi spurietatem in aduersarium maximè contra possidentē.*

530 *Spurietas per testes de auditu non probatur.*

531 *Nepos ex filio spurio succedere potest auo licet pater non possit.*

532 *Distributiuum quilibet dispositionem in quemlibet separatim confert.*

533 *Vtile per inutile in diuisibilibus non vitiatur.*

534 *Tertia obiectio aduersus reuenditionē Michaelis, proponitur ab aduersariis quod Michael non detulit nomen & arma Remiri.*

535 *Conditio actionem nasci impedit donec conditio impleatur, sed modus post acquisitionem obligat.*

536 *Modalis potius præsumitur dispositio quam conditionalis.*

537 *Conditio ante dispositionem impleri debet modus postea.*

538 *Nominis, & armorum delatio modum inducit non conditionem.*

539 *Maioratus possessor ante acquisitionem non tenetur nomen, & arma ferre.*

540 *Priuatio maioratus habitum, & acquisitionem maioratus supponit.*

541 *Nomen & arma non deferens vt priuetur monendus est a iudice & postea priuandus.*

542 *Nomen & arma possessorem maioratus detulisse in dubio præsumitur.*

543 *Michael de Funes, legitimam persosonam habuit succedendi in vinculis solutionem recipiendi, & luitionem faciendi.*

544 *Solutio semel facta habenti ius recipiendi plenam liberationem parit licet recipiens iuste postea priuetur.*

545 *Solutio facta a vocato in vinculis legitima est licet ex contumatia non deferendi nomen, & arma possit priuari.*

546 *Soluens procuratori quem reuocatum ignorat liberatur propter reliquias pristini mandati.*

547 *Quarta impugnatio aduersus luitionem a Michaele factam ab aduersariis obiicitur, dum pretēdunt pretium debuisse in vtilitatem maioratus conuerti.*

548 *Emptor rei maioratui subiectæ non debet curare, an pretium in vtilitatem maioratus conuertatur.*

549 *Venditum cum pacto retrouendendi ab initio emanauit cum onere reuersionis & sic non potest difficultari reuersio.*

550 *Redimens ex pacto de retrouendendo non obstantibus quibuscumque oneribus interim appositis per redemptionem retrahit, resoluit, reunit, et restituit rem suæ pristinæ causæ.*

551 *Redempta re ex pacto luendi onera post venditionem imposita anihilantur, extinguntur, & emorientur.*

552 *Redimens non tenetur curare de conditionibus vinculi post venditionem constituti, cum per redemptionem vinculum resoluatur.*

553 *Solutio & redemptio a Ioanne de Villalpando, Michaeli de Funes facta legitima fuit, extinctionem vinculorum peperit, & plenum dominium in redimentem trāstulit.*

554 *Compromittere non potest qui aliena re prohibetur.*

555 *Maioratus possessor non potest compromissa, & alias alienationes bonorum voluntarias facere.*

556 *Alienatio maioratus necessaria maxime trahens originem ante maioratus constitutionem nō censetur prohibita.*

557 *Compromissum super re maioratus nō prohibetur, quando descendit ex necessaria causa trahēti originem ante constitutionem maioratus.*

558 *Alienatio quæ fit virtute iuris redimendi necessaria dicitur.*

559 *Ius luendi Baroniam, maioratus constitutionem præcessit, & redemptione sequuta vincula extinxit & resoluit.*

560 *Michael de Funes, non potuit in sententia arbitrali læsus dici cum rece-*

perit pretium quod sibi debebatur, & praestiterit redemptionem Castrorum ad quam compelli poterat.

561 Transactio & compromissum super re maioratus valet, si bona maneat penes maioratus possessorem.

562 Michael de Funes, recte potuit super bonis maioratus, compromittere cum apud eum permanserit pretium luitionis, quod erat maioratui subiectum.

563 Michael de Funes, praecisse debuit bonam fidem agnoscendo pretiũ luitionis accipere, & reuenditionem concedere.

564 Sententia in fauorem Michaelis de Villalpando, lata Anno 1548. iustissima fuit, & iuste fecit Rodericus de Funes, appellationem non prossequendo.

565 Exceptiones tres peremptoriae litis ingressum impedientes Don Christophoro praecise obstare monstratur.

566 Agere vel iuditium instituere sine actione impossibile est.

567 Agentem sine actione debet iudex ex officio repellere.

568 Instantia sine actione consistere non potest.

569 Solutionis exceptio litis finitae dicitur.

570 Instantia omnis solutione tollitur, & subleuatur.

571 Solutionis exceptio impedit prolationem sententiae.

572 Solutionis exceptio impedit executionem sententiae.

573 Solutionis exceptionem iudex non admittens, ad impediendam executionem temerarius est,

574 Transactio, & compromissum litis finitae exceptionem producit.

575 Compromissum transactionis species dicitur.

576 Exceptio rei iudicatae litis finitae dicitur, & litem mouere probibet.

577 Exceptio rei iudicatae obstat de vno petitorio ad aliud tribus concurrentibus.

578 Exceptio de vno possessorio ad aliud etiam obstat.

579 Exceptio tua non interest litis finitae dicitur, & iuditij institutionem impedit.

580 Maioratus successori obstat exceptio rei cum praedecessore legitime iudicatae.

581 Exceptio rei iudicatae pariter obstat de iudicio possessorio momentaneo ad momentaneum sicut de plenario ad plenarium.

582 Momentaneum possessorium dicitur, quia momẽto durat, & breui tempore finitur.

583 Momentanei possessorij naturam, qui explicent remissiue.

584 Momentanei possessorij aethimon explicatur.

585 Momentaneum possessorium in Aragonia apprehensionis seu litis pendentiae iuditium dicitur.

586 Parladorus momentanei iuditij aethimologiam male explicans improbatur ex multis, & precipue ex elegantissimo diui Pauli loco.

587 Didacus Sahagun de Villasante, iuris pontificij in Academia Salamantina, primarius praeceptor laudatur.

588 Don Christophorus non potest, iuditium possessorium instituere, nec de Don Roderico conqueri appellationem ex qua nullam vtilitatem, consequuturus esset non prosequenti.

589 Don Antonius de Villalpando, pater Don Garsiae, litigantis luitionem fecit, Don Roderico de Funes, in qua realis numeratio interuenit, et vera censuumimpositio ad fauorem maioratus, ex qua omnis difficultas tollitur.

SECVNDVS ARTICVLVS quintæ partis.

465 PRO secundi articuli declaratione animaduerto secundo, quod † etsi ius retractus feudalis cedi non posẜit Boher. in consuetud. Vituriens. titulo de retentione feudi. §. 1. circa medium, & de retract. consanguin. § 3. coll. 6. neque ius retractus rei censualis Boher. supra Cassan. in consuetud. tit. de censibus. §. 11. glo. 3. in princ. neque ius retractus proximitatis, & cõsanguinitatis vt latisẜimo sermone deducit Tiraq. de retract. lign. §. 26. glo. 1. a num. 40. cum multis sequentibus Molineus in consuetud. §. 11. nu. 20.

456 VERVMTAMEN ius retractus conuentionalis nemo scribentium negat cedi posse, sicuti asseuerat Tiraq. d. §. 26. glo. 3. multis confirmans & ante eũ Paulus Castrensis consil. 1. lib. 2. quem laudat dicens auditu, & recitatione dignum Barba. consil. 51. col. 18. versiculo Capio. Dec. cõs. 164. in fine & 614. & 680. post Alex. cons. 228. & 232. vol. 6. pulchre Aym. cons. 191. nu. 2. Celsus Hugo cons. 40. n. 5. Gozad. in l. 2. num. 94. & ibi Cagnolus num. 40. & sequentibus C. de pactis inter empt. Molineus. §. 13. glo. 1. nume. 20. & latisẜimè multis authoritatibus adductis Rolan. cõs. 28. num. 29. & sequent. vol. 2. Tiber. Decia. consilio. 69 num. 19. in 2. Ioseph. decis. lucen. 37. num. 4.

467 PER cesẜionem † vero clarisẜimi iuris est, cesẜionarium cõsequi dominium omne, omne ius, omniaque priuilegia cedentis. Quia subrogatur in eius locum, & omnia illius priuilegia consequitur; adeo vt nihil excipi posẜit contra cesẜionariũ, quod contra cedenté excipi minimè potuisset. Quoniã siue ordinariè, siue executiuè omnia agere potest quę ipse cedẽs potuisset ex iure cesso, & per cesẜioné in eũ trãslato, Alex. in l. in prouinciali. §. si ergo nu. 9. de no. oper. nunt. & cons. 8. nu. 6. in primo. & Ruin. 144. nu. 19. in 2. Gratus cons. 60. nu. 29. in 1. Soc. Iun. cons. 116. num. 60. in 1. & denique omnes scribentes, refert multos Roland. cons. 34. n. 90. in 4. Menoc. cons. 201. num. 13. seipsum referens lib. 3. præcumpt. 6. nu. 92. Hippol. Rimin. in cons. 124. nu. 12. & 171. nu. 28. & 291. nu. 41. in 3. & cons. 326. nu. 13. & 435. nũ. 8. & 451. nu. 32. latè Bursatus cons. 415. nu. 15. & 6. & Bertazol. consil. ciuili 42. n. 7. & 8. Viuius cõmun. opin. 92. num. 3. Tenninus cautela. 256. Parladorus rerum quotid. c. fin. 3. partis §. 4. per totum Afinius de executionibus in princ. cap. 49. Surdus cons. 22. nu. 16. Barbosa in l. post doté sol. mat. n. 65. Fælician. de solis de censib. lib. 3. c. 3. nu. 4.

CVM igitur Serenisẜimus Rex Ioannes donauerit, cesserit, & transtulerit in Ioannem de Villalpando, & Contesinam, & illorum successores, & illorũ quemlibet ius 468

retrahendi conuentionale (vt constat aperte in gratia) in dubium est, per cessionem supradictam, fuisse assequutos ius redimẽdi præfatam Baroniam liberá, extinguendo vincula supradictá iisdem mediis, modis, & cum eisdem priuilegiis, & prærogatiuis, quibus Serenissimus Rex, & eius successores id agere potuissent, si cessio præfata non intercessisset, sicut in terminis docent Celsus consil. 40. num. 2. Dec. cõs. 614. num. 6. Borgnin. vbi sunt concord. decisione 16. num. 2. in 2. p.

469 ET clarissimum est, † quod ex eodem facto, & pacto reuendendi formato cũ Rege nõ potest diuersę substantię iudicari factum, et pactũ in personis habentium ius a Rege per illius cessionem, vt pulchrè cõsiderat Frecia de subfeudis, fol. 337 & 338. dicendo, quod successores regis in iure redimendi solum exequũtur ius, quod regi competebat: ideo sicuti Rex redemisset Castra libera extinctis vinculis, & oneribus, ita & cessionari regis successores, ex Dec. & Molin. quos allegat & laudat.

INQVIRERE nunc oportet vtrum cessionarij id egerint, vtrũ nempe iure retractus vsi fuerint, & executioni illud demandauerint, redemerintq; pręfatam Baroniam, & virtute redemptionis liberá eam assequuti fuerint, vinculis supradictis extinctis, & resolutis. Præfati 470 autem † oportet pro resolutione, quòd cum Serenissimus Rex cesserit, & transtulerit in Ioannem de Villalpando, & Contesiná, et quẽ cum libet eorum, & cuiuscumq; successorem illius ius retractus, indubium est, vnumquemque ex eis, & vnumquemque successorum illorum eo vti integrum pretium soluendo potuisse, vt constat sublatis omnibus difficultatibus huius quæstionis in hypotesi nostra ex latè deductis a Tiraq. de retra. conuen. §. 1 glo. 6. num. 31. Veroi. cons. 163. nu. 9. & consil. 164. num. 15. vol. 3. Ioseph. Ludo. decis. Perusi. 112. Magon. decis. Florenti. 28. num. 1. Foller. de censualibus, cum instrumento gratiæ num. 39. Aym. cons. 593. num. 10. & 968. num. 4. & ante illos Gozadinus in l. 2. de pactis inter empt. num. 136. Sed qualiter ius redimendi ex cessione præfata, & illius exercitatio coniugibus, & illorum successoribus competat, & delatum fuerit explicabimus in 3. articulo huius quintæ partis in 6. fundamento.

HIS sic suppositis † cum per cessionem Cõtesina iuris redimendi, & pacti de retrouendendo domina facta extiterit, simulq; Baroniá retrahendam, & redimendam virtute dicti pacti possederit & sic iura actiua, & passiua iuris redimendę ad eam peruenerint, & penes eá extiterint, & mãserint, certum est, quod sicut ipsa Contesina, si alius tertius possedisset Baroniá, potuisset illam ab eo euincere, virtuteq; 471

pacti

pacti de retrouendendo redimere, vel ea & maritus simul, cùm constante matrimonio administrator sit bonorum sedentium vxoris l. in rebus de iure dot. ita superueniente per cessionem in eam, & maritũ iure redimendi, potuit, & potuerunt euincere baroniam, & redimere illam a seipsa, vel seipsis extinguendo omnia vincula, & mutando sibi causam possidendi, & incipiendo possidere in vim tituli Regij, pacti nempe de retrouendendo sibi a rege collati.

CONCLVSIONEM hanc probat textus pulcherrimus in l. si vendideris. ff. de euictionibus, vbi
472 si † quis vendidit seruum Titij, & emptor relictus sit hęres a Titio, ex nouo titulo superueniente hæreditatis sibi delatæ a domino serui videtur euicisse seruum a seipso, & ex nouo titulo illum possedisse: adeo vt contra venditorem instituere possit actionem ex empto ad recuperandum pretium, quod ille dedit vbi Bar. Alber. Bal. & Salicet. Idem probat elegantissimè l. cui res de action. empti. vbi legatarius
473 conditionalis, † qui rem sibi legatã ab hærede emit conditione pẽdente, ea postea existente secundum iurisconsultum potest repetere ab hærede pretium, quod dedit: ea ratione, secundum Bal. & Salicetum ibi, quia titulus superueniens titulum antecedentem emptionis resoluit, & ad non titulum reducit, efficitq; vt legatarius emptor, quasi euincendo a seipso mutet sibi causam possidendi in vim noui tituli, & ad interesse agat contr. hæredem vẽdentem.

IDEM probant elegantissimè. 474
l. 2. §. sub conditione de bonor. poss. secundum Tabulas l. 3. §. qui fideicommissariam de hæred. instituen. l. fundo legato. ad leg. falcid. De quorum intellectu ad confirmationem huius conclusionis videndus est omnino Peralta in l. cum pater. §. a filia. de legat. 2. ante numerum 75. vsque ad num. 87. & præter eum post Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres de verborum obligation. q. 12. Alex. num. 35. Ripa num. 91. Ias. num. 39. & 98. referendo dictam elegantem legem si vendideris Bologn. num. 202. Idem Iason. in l. huiusmodi. §. qui seruum num. 8. de lega. 1. ff. Alex. consil. 100. nu. 5. & 7. Cuma. 33. Ruin. 146. num. 4. in 1. Berreta 94. col. 1. Peregrinus art. 40. num. 83. de fideicom. per d. l. si vendideris.

ET sequutã huiusmodi quasi 475
euictione, & mutatione possessionis facta ab ipsomet possidẽte rem in vim noui tituli, & nouæ causæ possidendi causa adeo resoluitur, & ad nihilum reducitur, vt nõ magis attendatur, quam si nunquam intercessisset; sed solum attẽditur solus titulus, & sola causa noua superueniens possidendi. Peralt. supra d. num. 84.

Aduertere autem † oportet in 476

d. l. si vendideris, & in legibus superioribus, dum decernunt euincere quem à seipso rem ex titulo superueniente, supponere vnum actum ocultum oculis corporeis, licet visibilem oculis intellectus, scilicet euincentem a seipso (sicuti si euinceret a tertio) auocare possessionem, quam in vim prioris tituli habebat; & denuo illam accipere, & sibi ipsi illam retrahere in vim causæ nouæ, & tituli superuenientis.

477 CONFIRMATVR communis tradito superior † ex alia cómuni, & recepta interpretum traditione continentẽ, posse quemcumque posside ntẽ mutare causam possidendi accedente nouo titulo, & noua causa possidẽdi iusta, siue sit illa vera, siue sit putatiua, etiam sine noua apprehensione possessionis, etiam nullo hominis facto intercedente, quia ministerio legis fit ipso iure hæc possessionis commutatio; adeo vt prior possessio censeatur derelicta, & verè, & realiter ex noua causa, & titulo accepta: dum tamen concurrat volũtas possidentis declarantis verbo, vel facto, velle ex noua causa possidere. l.3. §. interdum de acquir. rer. domin. l.3. de acquir. possess. l. cum nemo C. eod. tit. & vtrobiq; omnes Bal. in l. Pomponius quib. mod. vsufruct. amitt. Idem in l. 2. C. de seruitut. dicens accedente nouo titulo mutare quem sibi causam possidendi, non tamen requiri factum hominis, & sic nouam installationem, ita Bal. in l. penult. de pignor. action. ff. dicens mulierem possidentem bona mariti viuentis iure familiaritatis, eo mortuo (quia sunt obligata pro dotibus) mutare sibi causam possidendi sine noua possessionis acceptione, possidereque ex noua † causa iure proprio, propria authoritate, seu verius authoritate legis hanc commutationem ipso iure facientis Ancha. consilio 229. Anto. de Butr. consil. 64. num. 3. Corn. consil. 50. num. 4. volum. 2. Aymo. consil. 171. numero 3. & consil. 967. nu. 18. 478

IDEM docet Soc. egregie cons. 131. col. 3. declarans, † solum requiri ad commutationem hanc legis ministerio faciendam declarationem voluntatis possidentis verbis, vel factis arguentibus, voluisse mutare animum possidendi. Curt. Iun. cons. 168. num. 35. dicens Baldum in d. l. penult. singulariter fuisse loquutum, & pulchre Socinũ d. cons. 131. & loquitur Curtius in casu contrario. Bal. in marito nempe mortua vxore, &c. Beroi. cum Bald. supra consil. 60. num. 5. volu. 2. Alcia. 64. num. 32. Burs. latè cósil. 9. num. 7. volum. 1. Borgn. de vsufructu mulieri relicto. num. 201. Rim. Iun. egregie Bal. & Soci. sequutus consil. 100. num. 16. vsque in finem, Molineus in consuetud. §. 7. glo. 1. numer. 15. & his non relatis Mascard. conclu. 1197. num. 92. 479

IMO & ex causa † antiqua de nouo superueniente ad notitiam potest 480

potest quis eodem modo causam possidendi mutare vt post Paul. Ancharr.& alios aduertit Aym. d. consil.171.nu.13.& cons. 667. nu. 18.& ex vtroque titulo antiquo, & nouo, si proficiat, poterit veterem possessionem continuare, & de nouo incipere ex noua causa possidere respectiuè, Oldra. Deci.& relati ab Aym.d.cons.171.

481 A D declarandam vero † voluntatem mutandi possessionem sufficere aiuntf, actum quodcumq. ex quo id deprehendi posit, veluti nouus possessionis ingressus factus tempore accedentis nouæ causæ, vel concessio potestatis, aut mandati ad eam accipiendam. Burs. d. consil.9.post Soc.d.cons.131.Curt. & omnes supra. Quáuis contra So
482 cinum quod non sit † necessaria animi declaratio; sed sine ea, quod accedente noua causa possidendi fiat cômutatio legis ministerio ipso iure, dixerunt Negus.de pignor. 4.p.num.27.Paleot.decis.422.Achil. decis.2.& 4. de causa posses. Puteus decis.8.eod.ti.Cresc.decis. 168.Bursatus eos referens cons. 8. nu.15. asseuerás Rotam Romanam semper improbasse Socini sententiam, dum declarationem voluntatis exposcit.

E X his igitur receptis, & verissimis opinionibus vere deducitur,
483 Contesinam de Funes, † aut si malis eam, & Ioannem maritum accedente nouo titulo,& causa possidendi ex iure, & facto reuendendi sibi a Serenissimo Rege Ioanne cesso a se ipsa vel se ipsis Baroniam euicisse,& retraxisse,& vincula omnia extinxisse, & mutasse sibi causam possidendi antiquam vinculis suppositam, quam habebant a Ramiro, in causam possidendi Baroniam liberè, absolutè, & sine vinculis ex iure retractus sibi cesso a Serenissimo Rege: cùm dixerimus, hanc commutationem legis ministerio fieri ipso iure, non intercedente noua possessionis acceptione, neque vllo facto hominis.

E T quando declaratio voluntatis † iuxta Socini placitum con- 484
tra Rotam Romanam necessaria esset, egregiè, & singulare factum Contesinæ, & mariti hic intercessit, quod animum illorum volentium, hanc cômutationem facere, ineuitabiliter declarauit. Quoniá cùm Baroniá reliquerint ipsa simul cùm marito Ioanne de Villalpando, nouis vinculis suppositá Francisco de Villalpando,& Beatrici de Funes pronepti Viceca ncellarij, a quibus Cliens meus descendit, euidentissimè deprehenditur, noluisse eam possidere in vim tituli Ramiri, quia non potuisset, cum sine liberis decesserit, de Baronia dispo nere supposita uinculis vocantibus descendentes pronepotum ex sorore ipsius Contesinæ, secundum opinionem aduersariorum contendentium, vincula consistere, & per durare.

Minus

485 MINVS etiam potuisset de illa disponere † Ioannes de Villalpando, quia nullum ius habebat in illa; ergo disponendo de illa censetur sibi mutasse causam posidendi ex iure redimendi vtrisque a Serenissimo Rege Ioanne cesso, quod præstitit eis causam retrahendi, euincendique Baroniam, & posidendi illam liberam, & liberè, potenter, & irreuocabiliter successoribus suis detulissent, sicuti cessionis instrumentum disponit, & hæc mutatio possessionis legis ministerio non intercedente noua apprehensione possessionis facta fuit.

486 NEQVE obstaculo est † superiori resolutioni, si quis consideret, ius redimendi, vel retrahendi cessum neutiquam potuisse nouã causam posidendi tribuere, nisi soluto pretio ipsius pacti redimendi; sicut dicimus non præsumi, quem in vim tituli venditionis antecedentis posidere, nisi prius exsoluto pretio, vt excludamus delictum, quod committeret quis nõ implendo pro sui parte, quod oportet. Bal. in l. super longi. num. 20. versiculo si autem C. de præscrip. long. temp. & ibi Ang. nu. 5. vers. si vero posidebat. Pet. de Vbal. in repet. c. si diligenti. de præscript. col. 33. quos fratres germanos appellat, & in hanc rem citat Mascard. concl. 1197. nu. 35. At Contesina sibi ipsi non persoluit pretium pacti redimendi, ergo in illius vim non potuit incipere posidere, & mutare, &c.

RESPONDEO equidem verissimè, † quod sicut in superioribus casibus, vt euincat quis a seipso rem, & mutet sibi causam possessionis, non est necessarium factum hominis, neque declaratio vlla voluntatis, sed hoc fit legis ministerio volentis possessionem priorem desertã fieri, & in vim noui tituli acceptã cẽseri, licet reuera actualiter nõ deseratur antiqua, & noua, accipiatur quia circuitus desertionis possessionis primæ, & acceptionis secũdæ est inutilis, qui vitãdus est. Ita in proposito Contesina, & maritus (si velis) censetur sibi ipsis soluisse, & pactũ retrahẽdi cum se ipsis executioni demandasse legis ministerio, nullo facto hominis intercedente, quia erat inutilis circuitus faciendi solutionem sibi ipsis, idcirco vitandus est, gratia coniugendarum actionum, id est actuum, sæpenumero vnus actus ocultatur oculis corporeis, & oculis intellectus interuenisse dicitur, vt celerius quid fiat, & circuitus inutilis euitetur. 487

QVOD vero circuitus † inutilis euitandus omnino sit, probant clarè. l. dominus testamento. de cõdi. in deb. Clementina auditor de rescript. & de vitando circuitu inutili, vt actiones celerius cõiungantur, & actio producatur, & finis citius ad effectum perducatur extat elegans decis. Io. Andreæ in addit. specul. rub. de oblig. & actio. dicẽs obligantem † se, quod in futuro se 489 488

obligabit

obligabit ad cētum, statim sine noua obligatione manere obligatum, & directè contra eum agi, vt euitetur inutilis circuitus, quem sequũtur Alexand. dicens menti tenendum. Ias. Soc. Curt. Iun. numer. 6. Purpur. numer. 14. in l. cum seruus. §. seruum tuum imprudens. de reb. cred. Ias. in d. l. dominus testamento. 4. notab. & in l. fideiussor. §. meminisse. de legat. 1. num. 13. Afflict. decis. 61. in princip. Rubeus de cõmuni. consil. 29. numer. 6. Boher. decis. 183. nume. 14. Ruin. cons. 19. numer. 14. volum. 4. & consil. 12. in 3. Zas. consil. 10. num. 39. Gram. decis. 103. numer. 88. Roma. singul. 186. Benuenutus, Strac. de assecurationib9 in præfa. numer. 55. Cagnol. in l. 2. de pact. inter empto. numer. 201. egregiè Ruin. in l. 4. §. Cato. numer. 10. de verbor. oblig. vbi tuetur Ioan. Andr. contra Decium Molineus. §. 13. glos. 5. n. 42. Roland. consil. 69. volum. 3. nume. 2. 3. & 25. Osasc. decis. 34. nume. 9. & 10. vbi sunt concordantes, & decis. 133. nu. 1. Roland. cons. 51. nu. 8. in 1. & consi. 58. num. 83. in 2. Alex. Raudens. consil. 17. num. 215.

E T Conferentissimè, & elegãtissimè Aym. consil. 425. nume. 59.
490 dicens illud, † quod fieri oportet haberi pro facto gratia euitãdi circuitum inutilẽ (præsertim cùm per
491 tẽpus † tot ætatũ dispositio seruata fuerit) perinde, ac si factum esset illud, quod vitandi circuitus inutilis causa factũ non fuit, quod summè quadrat in proposito, cùm per tot secula Baronia libere possessa fuerit, perinde ac si redemptio facta extitisset. Surdus de alim. titu. 9. q. 32. nu. 48. & officio iudicis circuitus inutilis vitandus est pulchrè Mag. dec. flor. 9. numer. 7. Surdus consil. 22. nume. 70. Seraphinus de priuil. iuram. priuil. 74. nume. 74. dicens contrarium esse oppositũ æquitati, & priuil. 23. num. 14.

E T In materia pacti de reuendendo, quod gratia euitandi † cir- 492
cuitum inutilem obligatus ad concedendũ pactum reuẽdendi, quod teneatur ad reuendendum absque obligatione noua, & absque cõcessione noua prędicti pacti, gratia euitandi circuitum inutilem, docent 2
Purpur. in d. §. seruum. num. 14. Boher. decis. 183. nume. 14. Tiraq. elegantissimè in fin. de retract. cõuen. num. 26. dicens æquitati, & rationi consentaneum esse, vt isti circuitus inutiles euitẽtur, & nu. 60. supremũ Senatũ Galliæ hãc sententiã ęquissimam semper fuisse sequutũ. Quia
supremæ † Curiæ semper solent, & 493
debẽt veritatem amplecti reiectis subtilitatib': ideo corã illis agẽs ex vna causa, & probãs ex alia vincit: & vincit etiam qui probauit, quamuis in articulis nihil deduxerit, Aymon pulchrè cons. 198. nume. 7. & seq. cõfert elegantissimũ cõsilium Ruini in quæstione notabili in praxi consil. 12. vol. 3. nũ. 35. qui confirmari potest ex notabili quæstione in eisdem fere terminis adducta à Molineo. §. 13. glos. 7. num. 5.

494 ET Quamuis controuertant interpretes de veritate casuum, & factorum, quæ ex supradicta regula deducuntur: arbitrantibus aliis circuitum nō esse inutilem in eis: & ideo vitandum non esse: aliis autem contrarium omnino existimantibus. Nemo tamen regulam inficiatur, neque de illa dubitat. Imo omnes concordes asseuerant circuitum, vbi est inutilis (adeo vt nulla vtilitas deprehendi possit ex actu, qui videbatur faciendus, & omittitur) omnino euitandum esse: idcirco concludunt magis communiter, opinionem Ioannis Andrææ veram esse, quia loquitur de promissione obligandi se in certa quantitate, nempe centum, quia cum in obligationibus facti obligatio succedat ad interesse, si non obligatur promissor ad centum iuxta promissionem suam, nihilominus ratione interesse maneret obligatus ad eadem centum: cùm a principio certa quātitas in promissione de se obligando deducta sit. Quamobrem cum nihil vtilitatis cōsequi posit, quod fiat obligatio, sicuti promissum est, vel non fiat, euitatur inutilis circuitus faciendi obligationem de nouo, & recta via perinde, ac si facta esset, agitur contra promissorē ad centum.

495 SECVS Verò arbitrantur† magis communiter in promissione de se obligando ad reuendendum, vel alium factum agendum. Quoniam cùm obligatio facti ad interesse succedat, quod diuersum est a facto, quod quis promisit, magna potest subesse vtilitas, quòd non euitetur circuitus, vt aduertunt supra relati, & præsertim Gramat. dict. nume. 88. & Roland. 69. in 3. num. 25. versic. 3.

CVM Igitur † solutio pretij pacti de reuēdendo facienda a dicta Contesina sibi ipsi inutilis omnino sit, quo ad se, & successores, euitanda est, & habenda pro facta solutio, vt recta via celerius mutare potuerit, sicut voluit, causam posidendi ex nouo iure pacti de reuendendo illi cesi extinguendo omnia vincula, & posidendo Baroniam liberam, vt prædixi. 496

VERVM Magis in terminis, † quod actus acceptionis pecuniæ, & solutionis ratione euitandi circuitum, vt celeriùs quis actionem consequatur, breui manu censeatur factus probat egregiè. l. 3. §. fin. de donatio. inter vir. vbi marito mandante debitori suo, vt vxori det, & soluat, & debitore id agente, debitor consequitur liberationem. Nam si donatio (inquit) non impediretur iure ciuili, eum rei gestæ ordinem futurum Iurisconsultus dixit, vt pecunia a debitore ad maritū, & a marito ad mulierem, & vxorem peruenerit. Nam celeritate cōiugendarum actionū vnam actionē ocultari Iurisconsultus dixit, vbi alia duo exēpla elegātisima 497

eiusdem

eiusdem rei adferuntur a Iuriscon sulto.

493 IDEM Probat † textus in l. licet.§.quoties. de iure dot. vbi si extraneus accepto fert debitori animo constituendi dotem absolutè vxori futuræ, manet illi dos constituta: qua videtur (inquit) breui manu mulier accepisse solutionem sibi faciendam, & dedisse marito. Et de eodé actu solutionis, quod breui manu videatur intercesisse, licet realiter non intercesserit, probat textus singularis, & difficilis in l. singularia. de reb. cred. vbi si mandauero debitori meo, vt Titio det, breui manu censetur mihi datum, & a me ad Titium profectum, vt mutuum inde producatur, in quo oportet de meo tuum fieri, & ibi Bart. Paul. Bald. Salic. Angel. Ias. Dec. Curt. Purp. Cagno. & omnes, & de eadem breui manu Molineus §.13. glos.5. nu.42. & Eman. Castr. in l. cum oportet. de bonisq. liber. numer. 11. omnes enim inquiunt, actum supradictū solutionis occultari oculis corporeis, non tamen oculis intellectus gratia euitandi circuitum inutilem, & de eadē breui manu Magonius supra.

499 SED Et apertiùs, † & proprius in terminis, de quibus agimus, superiorem resolutionem confirmat elegantisimè Molineus. §.13. glos. 1. nume. 56. vsq; ad num. 61. huiusmodi quæstionem proponens, & resoluēs, suppositis pro declaratione terminorum his, quæ Molineus docet. §.22. a princ. & n.5. vassallus (inquit) vendidit feudum Titio, ex qua vēditione ius retractus, aut ius fidelitatis, & quinti denarij patrono domino directo cōpetit, prout ipse optauerit, qui, antequā eligat, vendidit dominium directū feudi eidem Titio, postea verò idem patronus idem dominium directū recuperauit a predicto Titio, qui nō contentus iure fidelitatis, & quinti denarij iure retractus vult auocare a Titio dominium vtile, quod a vassallo emit: inquirit Molineus, vtrum id agere posit, & prima facie videri dicēdum (inquit) posse, quia ius illud retrahendi, vel recipiendi fidelitatem, & quintum denarij, quod ex venditione facta Titio fuit productum, & quæsitum patrono, integrum videtur permāsisse, cùm neque quintum denarium fuerit solutum, neq. fidelitas præstita, & propterea recuperato dominio directo videtur electio perdurare.

VERVNTAMEN Molineus scitisimè † contrarium resoluit. 500 Quoniam cum in Titium emptorem vtilis dominij peruenerint iura patroni potestatem habentis retrahendi, & recuperandi fidelitatem, & quintum denarij, & sic iura domini directi, & iura vassalli in vnum, & eundem deuenerint, fuerūt in eo omnia illa iura confusa, quia non potuit esse vassallus sui ipsius, neq. sibi ipsi debere fidelitatē, & quintū denariū.

Idcirco quamuis istud ius dominij directi reuertatur ad patronum, nó reuiuiscunt iura semel extincta. l. si quis ædes. de seruit. vrba. præd.

501 ET Quáuis ex sententia † prudentium dicat Molineus videri resolutionem hanc limitandam, quotiescunq. patronus cùm pacto de retrouendendo dominium directum vendidisset, & in vim illius dominium directum recuperasset: quoniam tunc cum illius virtute omnia in pristinam causam reducátur ex late deductis supra, videtur, facta redéptione in vim pacti de reuendendo habere patronum ius retrahendi, vel recipiendi fidelitatem, & quintum denarij, quod ante venditionem habebat, sicq. aliquando sibi visum fuisse profiteatur, & scripsisse, ita in Tirocinij sui collectaneis. Verútamen. n. 70. maturiùs cogitanti contrarium illi visum fuit, ea incuitabili ratione: quoniam si patronus vendidisset dominium directum tertio, & non eidem Titio cùm pacto reuendendi, & cũ clausula cessionis omniũ iurium suorũ, indubium est, quòd illi emptori esset quæsitum ius retractus, exigendi fidelitatem, vel quintum denarij, & vno iure ex his electo per dictum emptorem non teneretur illud restituere patrono retrahéti. Quia licet per pactũ reuendendi omnia restituantur in pristinam causam (vt sæpenumero
502 prędixi) fructus tamẽ † percepti medio tempore per emptorem nó restituuntur retrahenti, quia illos vere fecit suos emptor, tanquam verus dominus, vt inquiunt omnes in l. 2. de pact. inter empt. & Molineus. dict. num. 60. Est siquidem † 503
verus dominus quis, licet habeat bona subiecta pacto redimendi, interim dum res nó retotrahitur, nec redimitur. Pinel. in l. 2. part. 2. c. 7. nume. 26. de rescin. vend. C. Marinus Frecc. de sub feud. fol. 307. versiculo. hic ergo. vbi sunt concord. Cumq. ius retrahendi, vel recipiendi quintum denarium sit in fructu, quodcumq. ex his elegisset tertius emptor, non debuit patrono retrahenti restituere.

EX Quo acutissime, & verissime † deduxit Molineus, in eundẽ 504
Titium, in quem peruenerunt prędicta iura patroni, & vassalli fuisse translata per patronum eadem iura retrahendi à seipso dominium vtile, quod à vassallo emit, vel recipiendi à seipso fidelitatem, & quintum denarium, quorum alterum, si Titius elegerit, fecit illud (inquit) suum, tanquam fructus, neque patrono retrahẽti (sicut alios fructus medio tempore perceptos) restituere tenetur. Quod si (inquit Molineus) aliquis obiiciat, Titium emptorem neutrum elegisse: quia neque constat, eum iure retractus có tra seipsum fuisse vsum, neq. quintũ denarij sibi ipsi soluisse. Falsum esse Molin. arbitratur, quoniá vtrũ què cẽsetur Titius egisse, eo momẽ to, quo iura retrahẽdi, & recipiẽdi quin-

quintum denarium, dominicalia, & iura vassalli soluendi nēpe quintum denarium, sibi ipsi in eum peruenerunt. Qua decisione aptior nulla inueniri potest ad probãdum eo momento, quo in Contesinam peruenerunt Baronia, & ius redimendi eã pretio exsoluto, sibi ipsi soluisse, & à se ipsa redemisse, & retraxisse, adeo vt vincula omnia (sicut si Rex ipse dominus iuris redimendi retraxisset) fuerint, & sint penitus extincta, & Baronia liberè per eam possessa, & successoribus suis, & ita Clienti meo delata. Et hanc Molinei sententiam confir-
505 mabis, † ex eo quod cum in potestate Cõtesinæ fuerit, sibi ipsi soluere, præsumitur sibi ipsi soluisse Afflict. decis. 13. nu. 10. Menoc. consil. 457. nu. 6. & 7. maxime vt Castra, & Baroniam liberam, & à vinculis exemptam perpetuò possideret, vt prædixi.

506 VERVM Quãdo superiora † difficultatem aliquam paterẽtur, quæ nullam meo iudicio patiũtur: ex alio capite res indifficilis est. Quoniam cõstat Ioannem de Funes, & de Villalpando filium Francisci de Villalpando, & dictæ Beatricis de Funes primos, & immediatos successores Ioannis de Villalpando, & Contesinæ de Funes, in quem propterea peruenit ius retrahendi, eo fuisse vsum, redemptionemq; Baroniæ in illius vim fecisse, persoluendo pretium integrum pacti de reuendendo Michaeli Sãchez de Funes filio Francisci de Funes domino de Alacon, fratri Ioãnis, Ramiri, & Ludouici Sanchez domini de Ayodar fratrum vocatorum in vinculis Ramiri, vt cõstat ex eis, vocatio autẽ, & substitutionis purificatio dicti Michaelis Sanchez, si vincula subsistunt secundũ aduersariorum opinionem, (quod inficiamur) euenit per mortem Cõtesinæ, Catherinæ, Violãtis, & Ioãnis Muñoz fratrum sine filiis, & per mortem Francisci patris sui.

QVAMOBREM Ipse Michael bonam † fidem agnoscẽdo, accepto pretio, iuxta pactum re- 507
uendendi concessum à prædecessore suo Vicecancellario reuẽditionem cõcessit eidem Ioanni de Funes dictæ Baroniæ: ita decernentibus arbitris, vt inferius latius exponetur. Et ex consequenti præfatus Ioannes de Villalpando eam consequutus fuit pleno iure liberã extinctis, & peremptis vinculis dicti Ramiri, vt sæpenumero prędixi, cũ omnia in pristinum statum præfati pacti virtute restituantur.

DVBITARI Enim nequaquam † potest: vtrum legitimè 508
facta fuerit solutio dicto Michaeli in præiuditium substitutorum, quoniam cum vincula constituta fuerint post pactum reuendendi concessum à Vicecancellario, illa fieri non potuerunt in præiuditium retrahentis, vt reuersio ad eum difficultaretur, iuxta Bald. in c. 1. §. rursus.

509 ſus.quéad.feud.ámitt. Quia † emanauit Baronia à principio cũ onere reuerſionis.Molineus ſupr.§.13. gloſ.5.num.26.alioquin eſſet in poteſtate cuiuſque conſtituendo vincula,vel inutilia reddere pacta redimendi,vel adeo difficilia illa cõſtituere , vt nunquam , vel raro ea poſſent executioni demádari.Quá obrem cùm omnia medio tempore geſta pacto redimendi executioni tradito reſoluantur , vt per.l. lex vectigali.&alia iura infiniti docēt, quos ſupra copioſe retulimus in verſic.ex anteacta reſolutione:non minus legitime pretium recipere, & reuenditionem concedere potuit Michael,quam ſi Baroniam libere ſine vinculis poſſediſſet, ſubiectam tantum oneri redēptionis.

510 E G O Tamen † ſemper arbitratus ſum,Conteſinam à ſe ipſa retraxiſſe,& vincula omnia extinxiſſe,per ea, quæ deduxi. Sed quoniá pretium pacti de reuẽdendo,quod ipſa à ſe ipſa ſuſcepit,videtur loco Baroniæ ſubrogatum cum eiſdem vinculis,cum quibus Baronia,iuxta vincula , & diſpoſitionem clará Remiri: ex quo vocati in vinculis ius petendi illud habebant , & exigendi à ſucceſſoribus Conteſinæ. Propterea credidi,Ioannẽ de Villalpádo dicto Michaeli ex hac cauſa pretium pacti de reuẽdendo perſoluiſſe:quia Baronia iam erat libera penes eũ , nullis vinculis ſuppoſita.Quamuis ad maiorem cautelá conſpiciens ſe obligatum ad pretium perſoluendum ex cauſa ſupra dicta , reuenditionem Baroniæ ſibi fieri à Michaele curauerit,& fecerit.

V E R V N T A M E N Supradictam † ſolutionem,& redemptionem illius medio factam quatuor rationibus aduerſarij improbare nituntur. 511

P R I M O Enim inficiantur, ſolutionem interceſiſſe , aut fuiſſe factam:quia de numeratione nulla extat probatio,confeſsionem vero de recepto emiſſam a Michaele numerationem probare negant.

S E C V N D O Etiamſi numeratio facta fuiſſet , contendunt, ius faciendi ſolutionem,& redimẽdi Caſtra non pertinuiſſe ad Ioannem duabus rationibus.

T E R T I O , Quáuis ius redimendi,& ſoluẽdi pertinuiſſet ad Ioannem, aſſeuerant ius recipiẽdi ſolutionem,& concedendi reuenditionem nequaquam pertinuiſſe ad Michaelem.

Q V A R T O Tandem conátur ſolutionem , & redemptionem euertere,etiamſi ſuperiora non cõſiſterent,ex eo quòd pretium exolutum non fuit conuerſum in emptionem annuorũ reddituum vinculis Ramiri ſubiectorum, iuxta illius diſpoſitionem,de quibus ſingulis diſpiciendum eſt.

I T A Q V E Obiiciunt pri-
512 mò,non intercesisse † numeratio-
nem. Respondeo confesionē Mi-
chaelis eā probare. l. pecuniæ. vbi
pulchrè Bald. C. de sol.not.2.l.fin.
C.de instit.melior text.in l.si acce-
ptolatū. de solut.& in statutis Bal.
in l.si non sortem. §. indebitum.
colum. 1. versicul.ego dico.ff. de
condict. in deb. etiam in præiu-
ditium tertij.l.iam mandatori. l. si
cui.de non numer.pecun.quos tex.
citat Fulgos.consil.133.& 205.& de
niq; infiniti, quos de more Tiraq.
refert lib.1.§.1.glos.18.à nume. 83.
& lib.2.§.4.glo.6.à nu.8.& glos.7.
num.47.

513 INTERPRETES † Enim
dissidentinter se,arbitrātur:namq;
alij,confesionē probare numera-
tionē de tempore cōfessionis Bar.
nu. 3. Alex.14.Ias.de cōmuni n.85.
in l.post dotem solut.matr.Meno.
lib.3.præsumpt.18.& cōsil.97. n.8.
Alij arbitrātur, non probare de eo
tempore,sed quod præcesserit nu-
meratio actum.Costa in l.si ex cau
tione.§.sed cum.pag. 361. Bologn.
in d.l.post dotem.numer.174. vbi
Barbosa num.26. Veruntamē om
nes vniformiter profitētur proba-
re numerationem,vt vides,& pre-
dixi.

M A X I M E Quoties nihil
514 est,†quod in cōtrariū iudicis reli-
gionē instruat, vt post Dec.in l. 2.
§.fi.de reb.cred. Alciat.ibi egregie
aduertit:presertim cū hic instrumē
tum præcesserit,quo iure redimēdi
vtens obligatus erat numerare,iux
ta latè deducta ex cōmuni à Coua.
lib.1.resolut.c.7.num.6.

M A X I M E Cum Ioānes † 515
esset extraneus respectu Michae-
lis,quo casu cōfessio veram nume
rationem probat pulchrè Couarr.
ibi.d.num.6.versic.est & alia.

N E In dubio donationem† er- 516
ga extraneū collatā præsumamus,
cuius merita non subsistunt: quod
adeo fugiendū est, vt potius fatui-
tas,quàm donatio præsumenda sit
ad latè tradita a Tiraq.in prefat.de
retract.conuen.num.33.Menoc.de
arbitr.cas.89.vbi latisimè.Quo ca
su ex verisimili confessio etiā inter
prohibitos,quod fortius est,nume-
rationem probat in præiuditiū ter-
tij,latè,& pulchrè Aym. de antiqu.
1.part.§.quarto limitatur.num.37.
& sequent.vbi sunt concord.

S E D Quoniam de rei verita-
te,† & sic numeratione notarios 517
attestari semper,est dispēdiosum,
& nimis difficile. Paul.consil. 301.
nume.3.volu.1.Idcirco in Regno † 118
omisis iuris disputationibus,statu
tum est,vt cōfesio veram probet
numerationem,quia exceptio † nó 119
numeratæ pecuniæ nó admittitur
Obseruantia.Itē exceptio.de prob.
fact.cū cart. Mol. verbo exceptio
non numeratæ. vbi diligentisimus
Portoles aduertit idem obseruari
Albernię.Aym.Public.in consuet.
Albern.titu.18.art.13.nu.2.fol.97.
& Franciæ Boher.in consuet. titul.
de iurisd.om.iudi.§.8.verbo.& pa
riter.fol.32.& Ioan.Pap.in cōsuet.
Borbo.§.36.fol.69. Vt sic videas,
in Regno

in Regno rē esse indifficilem. Quia
520 de iure † indifficile est, confessio-
nem numerationem probare, nisi
opponatur exceptio nō numeratæ
pecuniæ. Bald. in d. l. si ex cautione
C. de non. num. pec. Barbosa. in d. l.
post dotem. num. 27. cum igitur in
Regno dicta exceptio opponi non
possit, confessio probabit indubie
numerationem.

SECVNDO Obiiciunt,
non fuisse ius solutionē faciendi,
& redimēdi dicto Ioanni, quia fuit
illud cessum in fauorem coniugū,
& successorum. Aiunt autem cōiu
ges successores non habuisse, quia
expresse non disposuerunt de hu-
iusmodi iure luendi. Sed hic obex
cauillus est, cum enim ex cōtractu
521 † donationis, & cessionis Regiæ
successoribus delatum esset ius re-
dimendi, & deferēdum esset, quā-
uis id non expresisset. l. si pactum.
522 de probat: maximè in materia † iu-
ris redimendi, quod cessibile, &
transmissibile ad hæredes esse di-
ximus, ergo in hæredes, & succes-
sores vniuersales coniugum tran-
siuit, sicut cætera omnia iura, &
actiones, etiamsi specialiter de eo
nō disposuissent, Tiraquel. latissi-
mè probans de retract. conuēt. §. 1.
glos. 6. per totum.

SED Vt omnis controuersia,
523 † etiam rei leuissimæ subducatur:
quamuis Rex dedisset, vel reser-
uasset coniugibus facultatem dis-
ponendi de hoc iure, non require-
batur indiuidua de eo dispositio,
sed vel hæredes relinquendo, vt
reliquerunt don Franciscum, &
domnam Beatricem, siue dece-
dendo ab intestato ex veriori, &
communiori sententia censeren-
tur disposuisse de hoc iure redimē
di, etiam nulla de eo facta mentio-
ne specifica. Textus insignis, vbi o-
mnes. in l. 4. C. de contrahē. Alex.
in l. penult. C. de instit. & cons. 29.
numer. 1. & 6. libr. 3. & consil. 232.
nu. 7. in 3. Socin. in l. 1. §. per pro-
curatorem. numer. 5. de acquirend.
possess. Ias. in l. stipulatio ista. §. si
quis ita. num. 5. de verborum obli-
gat. Hip. sing. 580. Dec. cōs. 533. nu-
mer. 2. & 543. numer. 3. latè ex Bal.
Nouello, Curt. Iun. consil. 4. Pi-
nel. de communi in l. 2. numer. 11.
C. de bon. matern. Burg. in l. 1.
Taur. numer. 435. Zanc. in l. hæ-
redes mei. §. cum ita. parte. 7. nu-
mer. 5. & parte 10. numer. 32. Me-
noch. consil. 210. numer. 22. & 64.
Auend. in l. 4. Tau. glos. 5. nume. 7.
& in l. 40. glos. 18. nume. 12. & ex
Hier. Gabr. Burs. consil. 266. nu-
mer. 45. Mantic. de coniect. libr. 7.
titul. 7. numer. 14. Freccia. de sub
feud. 2. parte. quæst. 43. à nume. 2.
pag. 244. Ant. Thesaur. decis. Pe-
demon. 97. per totam. Quæ rece-
ptissima opinio verissima est, etiā- 524
si Serenissimus Rex fecisset gratiā
coniugibus, & illis, quos ipsi no-
minassent, quoniam & hoc casu
quamuis decessissent nulla facta no
minatione hæredes vniuersales fa
cto testamento, vel eo non facto
venien-

venientes abintestato in iure redimendi succederent ex communiori relata à Caldas de nomin. emphy.q.7.nu.40.

525 SED leuius multo † obiiciunt, quod etsi disposuissent cóiuges expresse de iure redimendi in Franciscum de Villalpando non potuit ille, & ex consequenti Ioánes eius filius, tanquam procedens ex radice infecta, esse successor in iure redimendi, neq. in hæreditate, quoniam aiunt prædictum Fráciscum fuisse filium spurium dicti Ioánis, & sic successionis incapacem iuxta iura vulgaria, & Foros nostros, natos ex damnato coitu in successibiles efficientes, & ita hoc secundo medio contendunt non fuisse illi ius solutionem, & redemptionem faciendi.

RESPONDEO multifariá
526 & verissimè. † Primò quod cũ nos simus rei possessores & successores coniugũ ex dispositionibus donationum, & testamentorum, aduersariusq. impingat nobis spurietatis obicem: vt successionis delationem, & vtilitatem subducat: illi excipienti incumbit onus probandi fundamentum suæ intentionis. Quod verisimum est siuè quis agat siue excipiat. l. si vero. §. qui pro rei qualitate, vbi glo. Ias. nume. 15. qui satisd. egregie Afflict. decisio. 377. Nat. 238. nume. 7. Couarrub. lib. 2. resolu. c. 5. nu. 2. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 33. num. fi. Mascar. cóclu. 523. & 1154. Et in terminis ita resoluunt Tello in l. 11. Thaur. nu. 3. & sequétib. Mencha. cont. illus. c. 85. num. 14. Mantica lib. 5. tit. 8. l. 9. glo. 3. num. 6. vbi Azeue. num. 14. Burg. consi. 26. nu. 44. Pelaez de maior. q. 2. nume. 34. in 2. part. Prætis lib. 3. dub. 3. sol. 2. numer. 3. Mascar. conclus. 1090. Mantica de coniect. lib. 6. c. 15. quem sequitur dicens id esse clarum Berta. consil. crim. 92. nume. 13. & relati infra versi. cum igitur.

NEQVE sufficit hoc casu † 527
probatio ex præsumptione fluens, sed externa probatione opus est, vt eleganter docet Ioseph. decis. Lucen. 2. num. 16. & 52. num. 28. Bertazol. consi. 50. n. 7. vt subducamus ita argumétum quod fieri poterat (licet falso prę sertim cótra possidéte, vt nuper aduerti) ex eo quod aliqui putát in dubio qué spuriũ præsumi, Alci. reg. 2. præsumptione. 5. nu. 6. Meno. cósi. 60. n. 32. & deniq. qui vult agere contra aliquem tanquam contra legitimum, vel illegitimum, vel tanquam hęredé probare debet ad constabiliendum iuditium talem qualitatem ante omnia, vt multis comprobat Menoc. de adipisc. rem. 3. n. 166. cum seq.

Secũdo ex alio capite † onus pro 528
bádi spurietaté incũbit aduersario, quia de iure vnus quisq. præsumitur naturalis, nó vero spurius: tũ vt maioris delicti præsumptio fugiatur: tũ & 2. quia qualitas soluti, & solutæ, ex quib' natus naturalis dicitur, inest à natura, & sic durare prę sumitur, & quod sit hęc vera, &

cõmunior opinio profitētur Bald. consi.448.in 1.nu.4.Aym. consil. 138.& consi.166.lib.1. Boss.de coitu.dam.n.77.Coua.2.part.c.8.§.3. in prin.Alcia. in l.inter strupum.in fi.de verbo. sig. Ioseph.Ludo. decis.Perusina.18.num.32. Cardinalis Paleot.de noth.& spuriis.c.20. Moli.de Primog.lib.2.c.11.nu.7. Menoc.de arbitr. casu. 89, & casu 194.num.32.Io.Garc. de expēsis. c.21.num.3.& hanc dicit benigniorē Manti.lib.6.c.11.n.33.

529 CVM igitur † iuris præsumptio insinuet,Franciscum fuisse naturalem: hæc onus probandi reiecit in aduersarium Couarr. libr. 2. resol.c.6 in prin.& eum sequutus Iosephus decis.Perus.56.num.fin. Gutierr.de iuram.confirm.1.part. c.1.num.23.& lib.2.q.15.nume.2. Barbosa.in l.maritum sol.mat.nu. 21.maximè agendo contra posidētes.Quoniam proculdubio allegās spurietatem probat, vt auocet Menoc.lib.6.præsumptione.54. Fuluius Paccianus.lib.2.c.17.Mascar. concl.779.Peregr.art.22. nu. 90. Tellus Matieço Azeuedo, Burgos Pelaez,Simon de Prętis,& omnes relati nuper in vers.Respódeo multifariam vbi rationem clarè insinuaui Mantic. & eum sequens dicens hoc clarum Bertazolus cons. crimin.92.num.13.

530 AD probandam vero † spurietatem testes de auditu nō sufficiūt sed multa intercedere oportet Couar.2.parte.c.8.§.5.num.1. Meno. casu.89.& 475.Ioseph.decis.Perusin.56.quorum nihil aduersarij prę stiterunt, & ita perperam obiiciūt.

MAXIME quia † licet Franciscus spurius, & incapax fuisset, cum ei, & successoribus suis delatum fuisset à patre ius redimendi, quamuis respectu Francisci filij incapacis dispositio fuisset inualida, descendentes legitimi ex eo vocati ex capite vulgaris legitimè succederent in iure redimendi, & in hæreditate vniuersali aui sui exclu so fisco ex vulgari,& receptissima sententia Bart.in l.2.de hæred. instit.vbi Iass.n.9.Bar.in l.fi. n.7. de his quib⁹ vt indig.Bar.in l.Gallus, §.quod si is.nu.3.de liber.& posth. Abb. consil.50. num.3.& numer. 4.in 2. Cæpol. caut. 38. Alex. 158. num.4.in 7. Capic. decis. 181. nu. 4. Palac.Ruuios in c.per vestras. 3.notab.§.24.num.7. Lara in l. siquis a liberis.§.idem,num. 74. de libe.agnos.Xuar.allega.27.nume. 14.latissimè Fráciscus Veggius cō sil.66.nu. 274. Cepha.consil. 103. num.21.Cardinal.Paleotus de noth.& spur.c.51.num. 6. Peregrinus de iure fisci lib.3.tit.16.num.55.& tit.18.num.72.& eos sequtus Teninus cautel.225.nu.13.Rolá.de lucro dotis q.94.n.17.vbi sūt cōcor. & de cōmuni Surdus de alimentis tit.5.q.7.n.21.cū seq.& n.24. 531

SED vt videant omnes, † quā ridiculosus obex sit superior, sicut & sunt omnia ex aduerso proposita, 532

posita, cùm ius redimendi sit translatum in coniuges, & eorum quem libet, & in successores eorum, & cuiuslibet eorum, & propterea insolidum ex natura distributiui vni cuiq. disponendi facultas de iure redimendi subesset l. si plures. vbi omnes. delegat. 2. Ruin. Corn. & multi relati a Tiraq. lib. 1. de retrac. §. 31. glo. vni. nu. 11. Mol. §. 2. glos. 2. nu. 45. Quis non videt, quod et si dispositio Frácisci ex quocumq. capite fuisset nulla, ex dispositione Conteinæ descendentes a Beatrice, & Ioanne integrum ius redimé di absolutissimè, & perfectissimè
533 fuissét ssequuti; cú † vtile per inutile, in his quæ diuisioné recipiút, non vitietur, tex. & ibi gloss. not. in l. pecuniæ de vsuris. ff. l. 1. §. Trebatius de aqua qutidia. Bar. in l. grece §. illud de fideiusso. cómuniter receptus secundum Iass. in l. 1. §. penul. de verbo. oblig. vbi omnes. Bart. in l. si is qui duos. de lib leg. Tiraque. de retrac. ligna. §. 26. glo. 1. nume. 33. Rimin. Iun. consil. 71. nume. 2. versi. 1. & 298. nume. 32. Aym. consil. pro gen. nume. 138. & consi. 538. num. 2. & 664. num. 22. & 778. num. 7. & 850. nu. 9. & per d. l. si pecuniæ. Lancellotus Galiau. in consuet. Alex. proh. mar. verb. vltra. q. 2. num. 9. Born. dec. 31. nu. 32. p. 1. vbi sunt conc.

534 TERTIA obiectio † Michaelem, qui solutionem recipit, intuetur. Cótendunt namq. ei non fuisse ius recipiendi, quia cum non detulisset nomen, & arma de los Funes, sicut præcipitur in vinculis & maioratu Ramiri: & priuatio successionis indicatur non defferentibus illa; aiút ex hoc capite nó fuisse vocatum, sicq. nó fuisse partem legitimam ad recipiendum prætium redemptionis, quia Michaelem aiunt nomen, & arma nequaquam detulisse.

VERVMTAMEN respondeo, obicé hunc, sicut superiores, inemptissimum esse. Diluitur itaq. facile animaduertédo inter dispositionem † conditionalem, & modalem longam esse differentiam, 535
quia ex priori neutiquam quis agere potest, aut emolumentum percipere, nisi impleta conditione: quia illius natura est, suspendere, & impedire actionis natiuitaté, quousq. impleatur. Ex secunda agit quis, & consequitur emolumentum ante implementum, licet post illius consequutioné implere modú cópellatur. Bal. in l. quibus diebus. §. Thermilius. de cond. & demonst. Paris. latè consi. 792. in. 1. & cònsi. 19. num. 250. in. 2. Aym. consil. 59. num. 1. & consi. 802. nu. 4. Molin. latè. §. 13. glo. 7. nume. 4. Molina. lib. 2. de Primoge. c. 12. & c. 15. nu. 30. Peregr. art. 11. nu. 113.

ET quáuis dispositio † semper præsumatur modalis, non conditionalis, quia prima fauorabilior est. l. ea conditione de rescin. véd. DD. in l. debitori. C. de pactis 536

vbi Bar.Paul.Bal.Alex.n.8. Iaſſ.8. Dec.7:Padilla de communi.nu. 8. & multi relati a Mol.ſupra.c.12.n. 10.Pereg.n.144. Mant.lib. 10.tit. 15.nu.12.Gab.conſi.5.num.4.,volum.1.

VERVNTAMEN Præſumptionib9 † omiſſis,quoties pręceptũ ante cõſequutionem emolu mẽti implendũ eſt,conditionẽ præceptum inducit, quando vero poſtea,modũ.l.mæuia.de man.teſta. DD.in. d.l. debitori. C. de pactis. Tiraquel. de retract. conuen.§.2. glo. 1.numer. 76.Meno.conſi.60. numer.47.Molin.d.c.15. num.30. Mantic. libr. 10.tit. 15. numer. 30. Borgn.de vſufruct. mulier. num. 117.Molineus.d.§.13.gloſ.7.nu.8. in eleganti quæſtione. 537

EX qua reſolutione † verè, & prudenter Moli.intulit.d. lib. 2. c. 14.num.11.quod cum præceptum deferendi nomen,& arma ex natu ra rei,& eius perſeuerantia ſit implẽdũ poſt conſequutionẽ emolumenti maioratus, tale præceptũ non inducit conditionem, ſed mo dum,& ſic antequã † ſuccedat vocatus,& maioratum poſſideat, nõ teneri nomen,& arma deferre, & agere, & recipere poſſe ante præcepti implementum abſq. vlla pena,confirmatur ex Pariſio.d.conſ. 19.nume.214.& ex Burg.in procemio leg.Tau.num.35.& confirmatur ex not.in l.ſolẽnibus. C. de rei vend.Capic.deci.86.num.36.Boher.deciſ.21.numer.7. Paũ.conſil. 396.lib.1.col.fin. Idq. in propoſito † indubium eſt ob verba aſcrip ta maioratui Remiri volentis,non deferentem arma priuari bonis,& ſuccesſione.Ergo ſupponit ante de lationem habuiſſe legitimam perſonam ad ſuccedendum,petendũ, & recipiendum,& deniq. ſucceſiſſe;quia priuatio præſuponit habitum.l.decem.de verb.oblig. 538 539 540

IMO & poſt ſucceſſionem, † vt priuaretur Michael ob non delationem nominis,& armorũ, mo nendus erat a Iudice,& alia facere oportebat,de quibus in authẽtica hoc amplius.vbi omnes,& præſer tim Padilla.C.de fideico. & Moli. latè.d.c.14. 541

SEMPER enim vbi pena priuationis indicitur requiritur declaratio, & ſententia latè Tiraq. in l. ſi vnquam,verbo reuertatur.num. 20.Rip.in l.fi.de reu.don.quęſ.70. Burſat.conſi.91.num.5. Ceſal.cõſ. 171.nu.2.Emilianus conſi.135. nu. 9.Ronchegal.in l.2. de duob. reis. num.34.couar.in c.alma mater.§. 2.num.9.de ſent.excom.Menoch. conſi.301.nu.18.Auenda. de exeq. lib.1.c.22.num.4.Clarus. §. fin.q. 36.nu.33.Tello.in l.4.Taur. num. 64.Azeued.in l. 2.tit.7. lib. 3.nu. 15.Quanto magis † quod non con ſtat Michaelem non detuliſſe nomen & arma,& credendum eſt illa detuliſſe cum hoc vtile,& honorificum,ei fuerit Carg.not.ab Alcia. reg.3.præſ.4. 542

543 EX quibus clarissimè † deprehenditur, Michaelem habuisse legitimam personam ad succedendum vinculorum virtute, & solutionem rectè ei factá extitisse: quãuis postea ob non delationem nominis, quod fortius est priuatus fuisset per sentẽtiá (sicut fieri oportebat Tiraq. in l. si vnquam. verbo. reuertatur. num. 167.) licet id nunquam factum fuerit. Quia solu-
544 tio † semel facta habenti ius recipiẽdi plenam liberationem parit, licet illam recipiens iustè postea sit priuatus successione, quia periculum hoc futuri contingentis nõ spectat ad eum, qui initio rectè soluit. Bal. in l. emptorem. nume. 8. C. locati, & consi. 56. vol. 1. Lapus allegatione. 89. num. 13. Afflict. deci. 147. Alex. consi. 104. num. 6. in 4. Bar. DD. & præsertim Ias. in l. si vrbana. n. 10. de cõd. in deb. Purpur. in l. cum fundus. §. 1. nu. 53. de reb. cred. Ruin. 150. nu. 7. vol. 1. Pretis. consi. 152. nume. 44. Itaq. solutio
545 † facta vocato in vinculis legitima fuit licet ex contumatia nõ deferendi nomẽ & arma priuari posset. Quia hoc erat ocultũ soluẽti: si
546 cut solutio facta † procuratori liberationem producit, quamuis sit reuocatus, si soluens ignorabat reuocationem propter reliquias pristini mãdati Bal. optime in l. inuito de procur. & probant punctim. l. vero procuratori. §. sed etsi quis. l. dispensatorem l. filiæ de solutio. §. recte. inst. mãd. & not. a Cagnol. in regul. qui cum alio de reg. iu. & à Parladoro quotid. anot. lib. 2. c. fi. 5. part. §. 17. nu. 3. Enchiridion parium aut similiũ verbo soluere per alium, idq. verissimum, & indificile est in proposito ob animaduersa in dissolutione quartæ, & vltimæ obiectionis.

QVARTO & vltimo † solutionem, & redemptionem euertere tentant ex eo, quòd in Maioratu Remirus constituit, vt casu quo redemptio fiat virtute pacti de reuẽdẽdo, pretium cõuertatur in emptionem reddituum annuorũ iisdẽ vinculis suppositorum. Curam vero istud agendi (aiunt) spectare debuisse ad Ioánem, qui redemptionem fecit ex not. a Greg. Lopez in l. 6. tit. 11. partita. 6. in glo. verb. que la non pudiesse vender in maioratu expresse loquente, & ex latissimè deductis ab eruditissimo Osasco decis. Pedemonta. 171. per totam. 547

SED contrarium in emente † rem maioratus resoluit in terminis Molin. lib. 4. c. 4. nu. 20. & seq. ex Dec. consi. 36. vbi latè prosequitur, & ex not. ab omnibus. in l. ciuitas. de reb. cred. 548

SED in redimente rẽ in vim pacti de reuendendo res est indifficilis; quia cum † ab initio Castra 549
ista vendita fuerint cum pacto redimendi, & sic emanauerint cùm onere reuersionis. Molin. §. 13. glo. 5. num. 16. non potuit à Vicecan-

cellario ēptore, vel ei⁹ successore filio Remiro difficultari reuersio. Bald. in cap. 1. §. rursus quemad.
550 fæud.amit. Idcirco † dominus Rex, vel eius cessionarij ex principiis atractiuis dominij directi, quod sē per est in actu permanenti hærenti pacto redimendi initio reseruato, omnia initio per venditionem translata retrahunt, resoluunt, reu niunt, restituunt suæ pristinæ cau-
551 sæ anihilando, † extinguendo, & emori faciendo omnia onera, vin cula, conditiones medio tempore adiectas restituendo, & reintegrādo rem ad eum statum, in quo erat, antequam vincula, & conditio nes essent appositæ, & antequā vēditio facta esset Bald. in l. 3. C. de pact. inter empto. C. Bal. consil. 9. volum. 1. Iass. consil. 128. nume. 4. volum. 4 Boher. decis. 351. num. 6. & ad l. lex vectigali. de pignor. dixi latè.

552 EX quibus fit, quòd † cùm em ptor, & successores ex eo, & sic Re mirus in præiudicium Regis, & ces sionariorum illius, & pacti redimē di initio reseruati nihil efficere po tuerint: cura delationis nominis, & armorum, & conuersionis prætij in annuos redditus non potuit indici per vincula Remiri Regi, & successoribus illius prædecessoribus clientis mei; imo hæ conditio nes, sicut omnia vincula, fuerunt extincta, & resoluta per exercitiū & executionem præfacti pacti, vt supra deduxi.

EX superioribus quatuor illationes vtilissimę deducūtur. Prior est † solutionem & redemptionem 553
à Ioanne de Villalpando factam Michaeli de Funes, legitime factā extitisse, & extinctionem vinculo rum Remiri peperisse, & in illius vim præfatos coniuges, & eius successores possessionem Castrorum liberam, & plenam fuisse consequutos.

SECVNDO infertur, translationem, compromissum, & sententiam arbitralem latā inter præfatos Ioannem, & Michaelem iustissimam, & validissimā fuisse pænitus euersa aduersariorum obiec tione contendētium, possessorem maioratus, sicut non potest alienare illius bona in præiuditium successorum. ita neq. † potuisse com 554
promittere, cùm compromissum, & sententia arbitralis speties alienationis sit, ad late deducta per Molin. lib. 4. de primoge. c. 9. per totum. Elegantissime Dec. consil. 422. inquiens, eum qui non potest alienando præiudicare, non posse præiuditium inferre compromittendo, neq. litigando, & patiendo se vinci, neq. quod fortius est, habendo rem pro derelicto.

RESPONDEO equidem † verissimè, possessorem maiora- 555
tus prohibitum esse alienationes bonorum illius volūtarias facere. Necessariæ † enim nunquam cen- 556
sentur inhibitæ, maximè trahentes ori-

originem ante maioratus,& vinculoru n constitutionem.l. alienationes. ff. famil. hercis. l. 1. de fundo dot. textus in terminis in l. cum fideicom.de fideicom. libert. Angel.optime consil.243.Aym.cons. 6.num.91.& 215.num.3. Tiraq. ad ll. connub. quæst. 22. in fine. & de retract.ligna.§.1.glos. 14. num. 9. Riminal.de donatio.n.608. Pech. de testamen.marit.& vxo. lib.3. c. 3. Garsias de expens.cap. 18. num. 7.Matien.libr.5.titul.7.l. 6. glos.3. nu.21. & in maioratu Molina lib. 1.cap.10.nume.1.& lib.4.cap.6.n. 1. Saulius in tractatu de alien. reb. fidei.quæst.20.nume.1.Anto. Sola in consti. Subaudiæ in tit.de feudis glos.1.2.partis.fol.55.ex Osasc.decis.167.& 170. & ex Aym. & Menoch.Carrocius de deposito excussa. 5.tit.de necessitata a princip.

ET ex eadem ratione deducitur,
557 † compromissum, & sententiam arbitralem, quæ species alienationis est (vt prædixi) non esse inhibitam,sed permissam in maioratu, quando ex causa necessaria descendit trahente originem ante maioratus constitutionem vt probat Pinel.in l.1.3 part.num.45. de bon.mater.Mol.lib.4.cap.9.num. 28. & cum multis Peregrinus de fideicom.artic.40.nume. 122. vbi
558 sunt concord. & alienatio, † quæ fit virtute iuris redimendi,ex causa necessaria descendit.Bar. in l.in diem.de aqua plu. Dec. consil. 88. nume.3.Portol.de Consortib.cap. 19.num.4. vbi concord.& illi multi,quos retuli in princi.huius quintæ partis.in versi.ex ante acta.

PRÆDIXIMVS autem
† sæpenumero, ius retrahendi Regi reseruatum in limine venditio- 559
nis factæ Cancellario origine vincula,& maioratus constitutionem præcessisse,& redemptionem illius virtute factam ex causa necessaria fluxisse,restituendo Castra in statũ pristinum libertatis, quo erant ante venditionem factam à Serenissimo Rege vinculis omnibus extinctis,& resolutis.Bar.in l. in diẽ. de aqua plu. arcen.& omnes qui eum sequuntur supra copiosè relati in d.versi.ex ante acta. Ergo fateri compellimur, sententiam arbitralem iustissimam,& validissimã fuisse,non solum quoad Michaelem, sed quoad omnes vocatos in maioratu à Ramiro constituto.

PRÆTEREA clarissimum,
† & euidentissimum est,Serenissi- 560
mum Regem,& eius cessionarios in vim pacti de retrouendendo potuisse Castra redimere vinculis extinctis, oblato pretio viginti duorum mille & centum Florenorum dicto Michaeli,vt copiosissimè in superioribus deduxi. Sed per sententiam arbitralem idem cautum extitit, vt Ioannes consequeretur redẽptionis vi,Castra, & Michael pretium. Ergo nulla hic læsio intercessit,cùm Michael consequutus fuerit prætium,quod sibi debebatur,

batur, & præstiterit castrorum reuenditionem Ioanni, quam iustitia compellente concedere, compelli potuisset. l. fi. de in integ. rest. l. inter. §. cum inter. de fideiussorib. Tiraq. vbi sunt concord. de retrac. lign. in fi. nu. 51.

CONFIRMATVR egre-
561 giè † ex cómuni, & vera resolutione omnium asserentium, super maioratu transactionem, & sententiá arbitralem valere, quotiescumq. illius præsidio maioratus bona permanent penes maioratus possessorem, quia hoc modo successoribus præiuditiú non infertur: Bart. Bal. Paul. Alexand. Iasson. Padilla, in l. si pro fundo. C. de transactionibus, Tiraq. latè de retract. lign. §. 1. glo. 14. num. 60. Molina de Primoge. lib. 4. c. 9. nu. 22. Alcia. cons. 17. num. 8. post Iass. in l. fi. nume. 122.
562 de iure emphy. sed in proposito † penes Michaelem vocatum in vinculis per sentétiam arbitralem permanserút bona maioratus, scilicet pretium dictorum florénorú per pactum de retrouendendo illi per soluédum, quod ex voto, & expressa dispositione Remiri vincula có stituentis subiectum fuit vinculis, & maioratui facta luitione, ergo compromissum & sententia iustissima fuit, & validissima.

563 PRÆSERTIM quia † in re adeo perspicua, & clarissima potuit Michael, imo debuit, bonam fidé agnoscendo pretium reuenditionis accipere, & reuéditionem concedere ad notata egregiè per Tiraquel. in l. si vnquam. verbo donatione largitus. num. 164. vsq. 169. post Ripam ibi. q. 12. & 18.

TERTIO infertur † senten- 564
tiam litispendentiæ latam die 29. Septem. anno 1549. qua decretum fuit per integerrimos, & eruditissimos Iudices, solutionem factam à præfato Ioáne, prædicto Michaeli fuisse legitimam, & in illius vim super Baronia, & Castris supradictis recipiendam fuisse propositionem Michaelis de Villalpando, & repellendam penitus propositionem Roderici de Funes, fuisse iustissimam, & validissimam ex rationibus nuper relatis, falcem (vt aiút) ad arboris radices ponentibus & concidentibus penitus difficultates, iustissimèq. egisse Rodericum, bonam fidem agnoscendo, vt ex Tiraq. nuper admonui non, prosequendo appellationem, ex qua emolumentum vllum ipse, neq. successores consequi poterant.

QVARTO infertur † bellis- 565
sime, & vtilissimè, perperam, & inutiliter aduersarium litem huiusmodi instituisse, & á iuditij foribus precisè fore, & esse eliminandum obstátibus ei tribus eficacissimis, iustissimis, & validissimis exceptionibus peremptoriis litis ingressum penitus impedientibus.

PRIOR est exceptio † ante 566
actæ

actæ solutionis,quæ actionem penitus extinguit, & elidit, sine qua iudicium instituere, est impossibile.l.si pupilli.§.videamus de nego. gest.Bar.in l.vbi pactũ,de transac. Corn.consil.122.nu.3.in 4.Roma.
567 402.nu.17.adeo vt iudex † ex officio repellat agentem & iuditium instituentem,Alex.166.nu. 3. in 6. & 136.nu.8.in 2. & iuditium insti-
568 tutũ prosequi prohibet, quia † instantia sine actione non consistit.
569 Ideo solutionis † exceptio litis finitæ dicitur,pulchrè Bart.in l.cum quærebatur,nu.3.ff.iudic. solui, & pulchrius in l.infamem, nu. 10. de
570 public.iudic.dicens omnem † instantiam solutione tolli, & subleuari Ang.in §.æque de exceptio. nu. 9.Alex.consil.161.nu.7.in 6.

IMPEDIT etiam exceptio
571 nis solutio † prolationem sententiæ. Quia omnis spes futuri iuditij solutione subducitur.l.si reus paratus.vbi Bar. nu. 4. de procurator. pulchre Aymon.consil.91.

572 IMPEDIT tandem † executionem sententiæ: Decius.num. 2. Cagnol. numer. 3.in regu. bona fides.Roman.consi.28. quos refert, & sequitur Asinius in praxi. 1. part.§.31.cap.2. limi.15.nume.1.
573 fol. 347. temerarios † dicens Iudices,non admittentes hanc exceptionem ad impediendam etiã excutionẽ Paul.consi.257. in prin. vol.2.Bero.189.n.12.in 3. Magon. dec.Flor.94.numer.9.Cum igitur prædixerimus solutionem factam Michaeli fuisse legitimam & extinxisse omnia vincula, & intulisse præiuditium omnibus vocatis,certum est aduersarium ea existente litẽ instituere minimè potuisse.

SECVNDA exceptio † litis 574
finitæ ex transactione, & compromisso supradicto oritur, & dimanat,ad not.in cap. 1. de litis cõtest. in 6. & in l. causas. C. de transact. Ange.Alex.Soc.& relati a Blanco. de exceptionibus compromissi.q. 4.num.11.fol.mihi. 110. Dec. in l. fratris C.de transact.nume. 10.vbi Ruyn.num.1. Asinius in praxi 1. p. §.13.c.9.num.1.Rebuff. de except. num.27.Cum enim per transactio
nem,& cõpromissum, † quod spe- 575
ties trãsactionis est DD.in authẽ. si contingerit C.de iudit. à lite recedatur DD.in l.1.de transac.& in rub.C.eo vbi post alios Padill. de Menes.Gutie.de iur.cõfir.3. p.c.2. num.1.Osasc.dec.91.n.23.Mol.de Primo.lib.4.c.9.n.19.Gama. dec. 199.nu.4.Rol.cons.28.n.42.in 4. nimirum si excep.litis finitæ impediens illius institutionem ex ea oriatur.Dixi autẽ sentẽtiam arbitralem,& compromissum, non obstãte maioratu, & vinculis validissimam extitisse.Ergo obstãte huiusmodi exceptione aduersarius litẽ mouere non potuit.

TERTIA & vltima † excep- 576
tio neq authoritate,neq.iustitia,& grauitate superioribus inferior li-

tem mouere prohibēs rei iudicatæ est,toto tit.de excep.rei iud. & illa litis finitæ dicitur Dec. consi. 436. nu.31.post Bar. in l. nam & postea de iur.iur.Alci.cons.394.nu.1.per c.1.de lit.cont.idem in l. creditori C.de pact.Asinius supra §.13.ca.9. nu.11.Soc.Iun.consi.40.nu.5.in 2. Paris.125.num.16.in 1.egregie Soci.consil.264.vol.2.Gabriel de ex cep.concl.2.Contardus in l.1.titu. de mom.poss.§.6.limit.2. supra relati,& alij.Rebuff.de excep.nu.27. Magonius dec.Flor.9.nu.13. And. Gail de pignoratio.lib.3.obser.23. vbi de excep. rei iudicatæ agit Ias. consil. 10. numer. 1. Natta. 524.num.3.Rol.83.nu.12. in prin. summe extollit Surdus consil. 173. num.14.& 165.num.11.& nu.4.dicit excep.litis finitæ,& consi.61.n. 2.& 4.& cons.106.n.13.& 134.nu. 9.& Ioan.de Amicis cons.136.nu.
577 6.Sicut † de vno petitorio ad aliud petitorium rei iudicatæ exceptio obstat, cōcurrētibus tribus,de quibus.in l.cū quærebatur,cum ll.seq. de except.rei iudi. & passim inter-
578 prætes. Ita de vno possessorio † ad aliud possessorium etiam summarium,quod litispendentię in Regno dicim' obstat exceptio rei iudicatæ;ne iuditia possessoria,& sententiæ in illis latæ sint inutiles.Pulchre Faber.§.retinendæ.num. 29. de interdict.Menoc.de retinen.remed.3.n.819.& eo non relato pulcherrimè Gomez in l.45.Tauri.n.
579 177.Imo ex istis † tribus exceptionibus oritur vna generalis ex eo ꝙ aduersario ius nullū cōpetat,et sua non intersit litem mouere,quæ litis finitæ exceptio dicitur ex quacūq.radice oriatur Surdus vbi sunt concord.cōs.218.n.15.214.nu. 10. 227.n.7.Barbosa in l.titia ff. solu. matri.n.8.

SED in petitorio obstat † exceptio rei iudicatæ successori in maioratu,quando prædecessor aduersus quē lata est sententia legitimè causam defendit,ne lites in maioratib' immortales efficiātur.Quia impossibile est,omnes successores vocatos,natos,& nascituros citare ad iuditij institutionē, & tuitionē iuris sui. Doctores omnes cōmuniter in §.diui.infiniti relati a Tiraq. de Primog.q.35.n.17.Alciat.egregiè de cōmuni cōs.492.n.33. in absolutoria sentētia cōtra Soc. Iu.& Dec.id asseuerās Xuarez alleg.27. n.3.Gomez in l.40.Tau.n.23. Couar.pract.17.n.6.& de magis communi Marzar.in epit. q.62. Osasc. decis.157.Otalora,Simancas,Padilla,Menchaca,& relati a Moli.lib. 4.c.8.per tot.Peregri. de fideicō. art.53. Ergo sententia lata in possessorio inferiori litispendentiæ contra Rodericū exceptionem rei iudicatæ producit contra Christophorū aduersarium ex sua sententia in vinculis,& maioratu vocatum, et successorem. 580

QVÆ omnia † nedum in iuditio possessorio plenario vel lim procedere intelligas, sed & in iuditio possessorio inferiori & momen- 581

mentaneo in quo versam ru: cũ ea dem sit ratio producendi exceptionem rei iudicatæ in vtroq. vt ex Fabro Gomez, Menoc. nuper relatis
582 deprehẽdes.† ¶ Obiter tamẽ aduerto momentaneum dici hoc iuditiũ possessorium sũmariũ quoniã præceptum in eo decretũ de tuendo detentatore breui tempore finitur quousq. scilicet sententia feratur in iuditio possessorio plenario,
583 de cuius † iuditij sũmarij natura, vi, & essentia ad differentiam plenarij videndi sunt elegãtissime Pau. Cast. cõs. 5. vol. 2. Rui. cõs. 28. vol. 4. Plotus in l. si quando nu. 46. C. vnde vi. Couar. latissimè pact. q. c. 17. & ex professo Meno. de retinẽ. reme. vlt. & de recupe. in præ lud. n. 32. & infiniti prope relati ab eo, & præter relatos ab illo Beneintendi, Iosephus Ludouicus, Cagnolus, Achilles Mirandula, Prosperus Passeta, Mazolus, Cumia, Rimi nal. Iun. Nat. Virginius Boccatius, Angusola, & multi relati a Borgnino decis. 23. n. 105. 1. p. & præter relatos ab eo Lancel. de attẽtatis, appellatione pendẽte 2. p. limi. 25. n. 26. Cepha. cons. 19. nu. 5. & optime Gail lib. 1. obs. 7. & Velas. cõsul. 79.
584 Ex quibus omnibus † deprehẽdes rationem: cur iuditium hoc sumariũ varijs nominibus apud varias nationes inscriptum & in pa-
585 tria † nostra apprehensionis seu litispendentie dictum monentaneũ nũcupetur. Quia scilicet momento illius cognitio expeditur; & momento vis sententiæ in eo latæ duratura sit: quãuis per abusum tã latè pateat cognitio, & iuditialis ritus ac iuditij posessorij plenarij. De quo conqueritur Valascus elegantissimè cõsul. 79. n. 14. dicens longos & fastidiosos processus ibi fieri sicut indies in Regno fieri videmus, & de hoc iuditio possessorio summarissimo intelligunt loqui¶. vni. C. si de momẽ possess. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 20. Beneintẽdi. decis. 79. Lancel. & Menoc. vbi supra. Quãuis de interdicto recuperandæ, quia celeriter & sine cunctatione vlla expediendum est, eam intelligãt ex l. momentaneæ. C. vnde vi. ex l. 1. si per vim vel alio modo. C. ibi momentaneæ possessioni, & ibi sine vlla cunctatione restituat, Brisonius, & Othomanus de verbis iuris. ver. momenti beneficium, Cuiacius lib. 1. obseruã. c. 20. Cagnolus in dicta regula. Impari.

INDE clare ostenditur † misere lapsum fuisse Parladorũ libr. 1. 586
rer. quoti. existimans aduersus cõmunem, possessionem dici momẽ taneã, quasi momẽti & grauis præ iuditij causa sit: existimãs momẽti vocẽ ex propria eius natura id significare quibusdã locis Ciceronis male in id expẽsis. Quoniã momentũ nisi illi aliquid adiũgatur, quod eius significationẽ immutet, exiguã rẽ significat, caducã, & facile mutabilẽ & deficiẽtẽ. Pli. li. 30. c. 7. & ex Lucretio Poliãtea verbo momentũ. Seneca epist. 6. ibi fulgor faciei momento rapitur Quinti. li. 3. c. vl. possemq. infinita loca bonorũ au-

thorũ referrẽ,ſed vt melius Parladorũ improbes audi diuũ Paulum miraculoſè hoc explicátẽ 2.ad Corinth.4. ibi *id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate poſitum æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

587 ET in hũc ſenſũ † mométaneã poſſeſsioné accepit cũ cõmuni in c.1.de ſequeſ.poſ.& Fructuũ.n.74 Inſignis Didacus Sahagũ de Villaſante cõmunis mihi & multis grauiſsimis Hiſpanię Iuriſcóſultis prędceptor,qui in florétiſsima Salmáticéſi Academia primariæ iuriſpótificij cathedræ digniſsimè præpoſitus à multis annis vtriuſquè iuris arcana apud maiores deliteſcentia è tenebris eruere conſueſcit,ab ſtruſoſquè ſenſus & loca pleraquè lóga annorũ ſerie ad hũc vſq. dié ignorata doctiſsime explicat & enodat.Cuiꝰ interpretationes ad iꝰ canonicũ in publicũ euulgari eruditiſsimi omnes ardentiſsimis votis exoptát,& qué táquã pręceptoré meũ chariſsimũ & vehementiſſime ſuſpiciendũ colo & colam vita dum hos reget artus.

EX quibus deducitur aduerſarium neq. iudicium † poſſeſſorium

588 litiſpendentiæ inſtituere,& mouere potuiſſe,& in eo ſententiam obtinere futurũ eſſe impoſsibile.Præſertim cùm don Chriſtophorus nõ oſtendat,Rodericum cauſam legitimè minime defendiſſe.Imo validiſsimè ius ſuũ proſequutus fuit,illudq.vehementiſsimè, & egregie defendit,ſed quia iuſtitiam clariſsimè nó fouebat,ea compellente aduerſus eum ex rationibus ſupra relatis Iudices contra eum ſententiá tulerunt. Ob quam rem de deſertione appellationis à Roderico interpoſitæ don Chriſtophorus conqueri non poteſt:quia cum ex proſequutione nil vtilitatis conſequi potuiſſet,bonam fidem agnoſcendo,rectè,& iuſtè egit, appellationem minimè proſequendo, vt ex Tiraq.nuper admonuimus.

DENIQVE vt huic ſecundo † articulo extremã manum im- 589
ponam, quando ſolutio facta Michaeli,& reuenditio per eum conceſſa aliquam difficultatem paterentur:don Antonius de Villalpando pater Clientis mei fecit ſecundam luitionem don Roderico de Funes,realem numerationem faciendo,cenſum ſuper Baronia imponendo ſortis principalis pretij de reuendendo:vt ſecurius,& ſine vlla difficultate ad ſubſtitutorum vtilitatem luitioné faceret, & pretium integrũ ſucceſſoribus, & vocatis in vinculo conſeruaretur iuxta diſpoſitionem dicti Ramiri, & diſpoſitione ſubducta iuxta placitum Feliciani de Solis.lib.3.de cenſibus.c.vni.nu.8.Quamuis in propoſito ex his,quæ deduxi in anteactis proximis verſiculis, eius opinionem nequaquam admittendam eſſe exiſtimem . Ergo ex iſta vltima ſolutione, & redemptione res eſt in tuto iure aduerſarij penitus extincto.

SVMMARIVM EORVM QVÆ *in tertio articulo quintæ partis responsi continentur.*

590 DVBITATIONES proponere facilius multo est quã dissoluere.

591 Difficilia omnia in iure reddunt legum obscuritas, contradicendi studium, gloriæ cupiditas, & naturæ nostræ infælicitas.

592 Dominium verum habet emptor rei subiectæ pacto luendi.

593 Emptor rei cum pacto luẽdi interim potest vincula, & maioratũ in rebus emptis constituere.

594 Difficultates omnes aduersus translationem iuris luendi ab aduersariis excogitatæ in Ysagogẽ, & breuem summam redactæ referuntur.

595 Actus omnes humani ex voluntate potestate, & modo perficiuntur, & dependent.

596 Prima aduersariorum dificultas ex verbis gratiæ absolutionem liberationem, quitationem, remißionem, & relaxationem inducentibus desumitur.

597 Remißionis, & relaxationis verbũ extinctionem infert, ita vt reliquiæ nullæ perseuerent.

598 Absolutio, remißio, relaxatio, & renuntiatio simplex nullũ ius transfert, sed propriũ tantũ extinguit.

599 Dimißio rei penes possessorẽ nullũ ĩ tribuit poßidenti præter pristinũ.

600 Renuntians nullum ius trãsfert, sed ab agendo depellitur.

601 Comissandi ius remittens relinquit rem in pristina causa.

602 Consuetudo resolutoria, & translatoria differunt.

603 Iuris luendi renuntiati, & extincti virtute redemptio fieri nequit.

604 Renuntiatio, & relaxatio neq. trãslationem iuris, neq. probationem dominij, neq illius cõfeßionẽ producit.

605 Ioannem de Villalpando, & successores ex iure luendi extincto, & relaxato Baroniam redimere nõ potuisse aduersarij autumnant.

606 Relaxationis & extinctiõis verba ad personas, & ad res relata ceßioni, et trãslationi manifeste repugnãt.

607 Ius luendi in multos per distributiuum in solidum translatum nodũ inextricabilem inter eos producere in eius exercitio aduersarij aiunt.

608 Remißio, & relaxatio, donatio dicitur.

609 Transferendi verbum, vt menti contrahentium deseruiat pro transfusione, vel extinctione aliquando sumitur.

610 Finis in omnibus actibus humanis præcipuè attenditur.

611 Transferendi verbum aliquando resolutionẽ & extinctionẽ significat.

612 Extinctum semel amplius reuiuiscere nequit.

613 Dominus Martinus Monter multæ lectionis & variæ eruditionis vir laudatur.

614 Ioannes & Contesina non potuerunt simul ex opinione aduersariorũ ius actiuũ luendi & paßiuum habere.

615 Ceßionis, & translationis verba ad debitorem translata liberationem & extinctionem operantur.

616 Res virtute iuris luendi recuperata eiusdem essentiæ, & qualitatis est cuius erat ante recuperationem.

617 Redẽptũ ab hærede ex pacto de retro uendendo cum defuncto inito venit in restitutionem fideicommißi.

618 Augmentum maioratus eisdem vinculis maioratus subiacet.

619 Ius luendi nõ extinctum emortuam, vel cancellatũ esse sed cessum trãsmissum, & translatum per gratiã Regis Ioannis vberrime probatur.

620 *Legalis disciplinæ vastum pelagus eximias, & ingentes difficultates habet ex variis causis ortas.*

621 *Interpretationes contrariæ modo à mente, modò à verbis fluentes magnas in iure difficultates producunt*

622 *Translationem iuris luendi, & non extinctionẽ gratiam Regiam produxisse ex mente, & scripto vberrime probatur.*

623 *Mens solet esse metrum & mensura ad respondendum de iure.*

624 *Mens & in contractibus, & non tã tum in vltimis voluntatibus Principis vices gerit.*

625 *Mens agentis licet falsa, semper attenditur.*

626 *Mens vt seruetur a proprietate verborum recedimus.*

627 *Humanorum actuum virtus non consistit in modico atramento sed in mente quod maximum est in dispositione.*

628 *Actus corporei initium sumũt a ratione & mẽte quæ est in intellectu non a verbis & scriptura quæ hærent sensibus.*

629 *In sensibus nulla est ratio cui dignè credatur, sed in mente.*

630 *Mentem attendi non verborum corticem ex elegantissimo, & pulcherrimo Ciceronis loco probatur.*

631 *Differendi quocumq. genere non semper vtendum est.*

632 *Finis agentem mouet, & causa causarum est omnia ad se trahens & regulans.*

633 *Actus omnes humani a fine denominantur.*

634 *Fine & voluntate sublata actus indifferentes sunt.*

635 *Finalis causa ex proœmio deprehenditur.*

636 *Renuntiationis proœmium finẽ, & naturã renuntiationis demõstrat.*

637 *Gratia Regis Ioãnis ex fine erit vel extinctiua, vel translatiua nominanda.*

638 *Finis Regis Ioannis fuit remunerare seruitia Ioannis de Villalpãdo.*

639 *Finis remunerationis impleri non potest, si gratia extinctionem solam operatur.*

640 *Extinctio iuris luendi nullum poterat ex voto aduersariorum Ioanni de Villalpando ad extinguendum vincula ius tribuere.*

641 *Extinctio iuris luendi prodesset successoribus Remiri, vel Contesinæ tã tum non Ioanni de Villalpando, & eius successoribus contra finem & mentem Regis donantis.*

642 *Gratia Regis Ioannis si translatiua est, & Rex finem suum & Ioãnes de Villalpando meritorum suorũ retributionem consequitur.*

643 *Actu cum pluribus gesto cuius contemplatione fiat inspici debet.*

644 *Ius & vtilitas actus cum pluribus gesti, illi soli quæritur cuius intuitu gestus est.*

645 *Ademptione ab vno contẽplatione alterius facta illi soli ius quæritur cuius contemplatione fit.*

646 *Gratia hæc ad Ioannem de Villalpã do & Contesinam relata, contemplatione meritorum Ioannis illi soli ius confert.*

647 *Donatio marito, & vxori facta propter merita mariti illi soli prodest quod elegantissima Gregorij Lopez decisione comprobatur. nu. 648.*

649 *Donatio marito et vxori cõtẽplatione vxoris facta soli vxori quæritur.*

650 *Donatio patri, & filio contemplatione patris facta patri soli quæritur.*

651 *Extinctio iuris luendi nullum poterat emolumentum dare Ioanni de Villalpãdo, & suis quibus Rex prodessẽ voluit, sed successoribus Remiri subsistentibus vinculis, vel eis non subsistentibus successoribus voluntariis Contesinæ, contra mentẽ Regis.*

652 *Merita satis probantur, ex confessione donantis quando libere sine meritis*

meritis donare poterat.

653 Merita condigna esse probare non oportet, vbi donat qui liberè sine meritis donare potest.

654 Vocabulorũ significationes sunt iuris gẽtium aut ciuilis, aut consuetudinis.

955 Homo substantiam actuum inuertere & immutare nequit.

656 Partes non possunt nomina indicere diuersa ab illis quæ iure gentium ciuili, vel consuetudine fuerunt attributa.

657 Actus ex sui natura talis iudicãdus & inscribendus est, qualis ipse est, non attento nomine a partibus imposito.

658 Contractus a fine & mente contrahentiũ effectũ, et nomẽ sumit, licet aliter a cõtrahẽtibus nominetur.

659 Donatio ex voto, & fine donantis nõ ex nomine illi imposito nomen & naturam sortitur.

660 Verba non mutant naturam contractus, sed natura ipsius trahit ad se verba.

661 Gratia hæc ex fine, & mente Regis donantis, & ex sui natura translationem iuris luendi operatur, & translatiua nominanda est quamuis per verba extinctiua concepta esset.

662 Verba contraria si in scriptura reperiantur illud attenditur quod mẽti contrahentium, et naturæ actus magis quadrat.

663 Verba vendimus, & donamus intercedente pretio, ex mente, & natura rei venditionem inducunt, non habita ratione verbi donamus.

664 Verba illa mutuauit, et dedit nõ donationem, sed mutuum important ex mente contrahentium & natura rei.

665 Verba restituit, & dedit donationem important ex effectu contractus & mente contrahentium.

666 Gratia Regia in qua sũt verba cõtraria extinctionis & trãslationis ex mẽte Regis donantis trãslationẽ importat omissis verbis extinctione significantibus contra mentem nẽ nantis & naturam actus.

667 Doctrinæ in terminis solent iudicibus placere & securiores sunt.

668 Translationis, & extinctionis verba si concurrant ex mente & verbis cessio & translatio inducitur non remissio, & extinctio tantum.

669 Renuntiandi verbo si adiũgatur verbum translationem importãs, trãslatio inducitur non remissio, vel renuntiatio simplex.

670 Gratia Regia translatiua dicitur a verbis transferimus & donamus, non vero extinctiua solum a verbis absoluimus, liberamus, & quimus.

671 Scriptura si se habeat ad plures interpretãtes formas, illa inspicitur quæ plurimum humanitatis habet, & quam discretio naturalis nobis insinuat.

672 Naturalis discretio muta semper loquitur in cordibus nostris.

673 Naturali rationi nihil opponi potest quod continuo propriam conscientiam non remordeat.

674 Consciẽtia ingenij clauis est ad quam si vt ad speculum mens dirigatur, anima tuta redditur.

675 Naturalis ratio, & recta ratio idem sunt, cum nihil possit esse prauum in natura.

676 Interpretatio per punctum rationis cæteris tutior, & excellentior est, & necessaria dicitur, debetq. Iudicis oculus esse in decisiuis.

677 Ratio naturalis ea quæ sunt nota Dei manifesta gentibus fecit.

678 Naturalis discretio insinuat in dubiis interpretationem sumi per quam vtrique parti consulitur

679 Interpratatio per quam altera pars defraudatur, tanquam iniqua respuenda.

680 Gra-

rio omisso contra præsumptionem naturæ.

708 Gratia Regia translationem continet ne Ioannes merita seminet quorū contemplatione facta est gratia, et successores Remiri vinculis subsistentibus, vel eis nō subsistentibus successores Contesinæ qui merita non seminauere fructus colligant.

709 Res inter alios acta aliis nocere non potest.

710 Res inter alios acta aliis, quam eis cum quibus facta est, prodesse nequit.

711 Renuntiatio, relaxatio, seu extinctio alicuius iuris facta contemplatione vnius personæ illi soli prodesse potest & non alteri.

712 Gratia Regia ita interpretāda est, vt translationem cōtineat, ne propter merita vnius facta aliis prosit.

713 Gratia Regia etiam si per sola verba extinctiua conciperetur translationem contineret, ne alias contemplatione vnius facta aliis prodesset.

714 Argumentum a vitando absurdo a naturali ratione ducitur & efficacissimum est.

715 Absurdum vt vitetur a proprietate verborum, & stricta disputandi ratione recedimus.

716 Gratia Regia trāslatiua non extintiua sed trāslatiua dici debet, ne tria vehemētissima absurda sequātur.

717 Absurdum maximum est interpretationem assumere per quam merita solis verbis inutilibus sine aliquo effectu, & vtilitate persoluantur.

718 Reges mercede & præmio non verbis solis seruitia sibi impensa repēdere tenentur.

719 Absurdum maximum esset interpretari gratiam Regiam propter merita Ioannis factam, ita vt Ioannes penitus meritis orbatus maneat.

720 Absurdum maximum est gratiam Regiam Ioani propter eius merita concessam Ioanni non prodesse, sed potius aliis contra Ioannē & eius successores.

721 Absurdissimum est vnum merita seminare, & alium meritorum fructum percipere.

722 Gratia verbis extinctiuis cōcepta cessionem operatur, ne vni concessa dicatur, & alij prodesse.

723 Interpretatio semper sumēda est, per quā actus vtilis sit, & illa respuēda per quā inutilis, et elusorius fiat.

724 Interpretationem faciens per quam actus reddatur inutilis merito a sapientibus reprehenditur.

725 Gratia Regia si translatiua est Ioāni et nominatis in gratia vtilis erit si vero extinctiua inutilis & exlusoria.

726 Gratia Regia contemplatione Ioannis facta, illi soli ius confert.

727 Renuntiatio iuris strictissimi iuris est, & nihil continet nisi quod verbis claris cautum legitur.

728 Renuntiatio iuris extendi non potest de casu ad casum.

729 Renuntiatio neq. de re ad rem, neque de iure ad ius extendi potest.

730 Renuntiatio de persona contemplata ad aliam extendi nequit.

731 Renuntiatio alteri prodesse nequit quam illi cui prodesse renuntiantis interest.

732 Renuntiantis non interest extinctionem, seu renuntiationem alteri prodesse quam illi cuius meritis facta fuit.

733 Gratiam Regiam extinctiuam interpretantes interpretationem assumunt per quam gratia inutilis, & elusoria redditur.

734 Gratia Regia successoribus Ramiri cuius merita non præcesserant prodesse, vel vtilis esse non potuit.

735 Gratiam Regiam translationem operari, etiam ex verbis & eorum rigore latissimo sermone ostenditur.

736 Verba omnia gratiæ tam quæ in extinctionem quã quæ in trãslationẽ sonãt ex propria significatione trãslationem operantur.

737 Gratia Regia vberrime concessa fuit Ioanni, Cõtesinæ, & successoribus eorũ, & cuiuslibet eorũ insolidũ.

738 Distributiua verba in solidum in omnes vtilitatem dispositionis conferunt.

739 Gratia Regia, Ioanni, Contesinæ, & successoribus cuiuslibet cõcessa cõprehendit successores ex illo, & ex quocumq. matrimonio.

740 Gratia Regia successoribus alicuius concessa intelligitur de successoribus cuiuslibet matrimonij.

741 Successorum appellatione in materia sui natura transitoria ad hæredes extraneos, etiam hæredes extranei continentur.

742 Iure redimendi pluribus in solidum competente potest vnus integrum pretium offerendo integram rem redimere.

743 Indiuidua ex voluntate partium diuidua fiunt dummodo natura non obsistat.

744 Ius redimendi pluribus insolidũ quæsitum a quolibet eorum exerceri potest contra tertios, non contra se ipsos.

745 Iure redimendi pluribus insolidum competenti tenetur rem totam retrahens alteri communicare dimidio pretio eis repenso.

746 Iure luendi coniugibus, & eorũ successoribus in solidum competenti vnius successoribus deficientibus, res ab vno recuperata ex iure non decrescendi pertinet ad successores alterius.

747 Gratia Regia successoribus Ioannis, & Cõtesinæ insolidũ cõcessa nõ posset ad successores Ioãnis pertinere, si extinctionem solam contineat.

748 Gratiam Regiã ex rigore verbi distributiui translationem iuris luendi operari concluditur.

749 Verbum, libere possidere, idem est quod in pleno dominio absq. vllius hominis contradictione in totalitate libertatis possidere.

750 Ioannes de Villalpando, & Contesina ante ius luẽdi in se trãslatũ triplici ex causa cõtradictionem pati poterant, Prima a Rege et successoribus, ex iure luendi, secũda ex vinculis Ramiri quamdiu subsisteret, tertiã a successoribus Cõtesinæ vinculis nõ subsistẽtibus pati poterat Ioãnes de Villalpado et successores.

751 Gratia Regia non potuit liberũ dominium & possessionem dare extinctionẽ operando, quia licet concedere libertatem a iure luendi, non tamẽ a vinculis Ramiri quandiu subsisterent, nec a successoribus Contesinæ vinculis deficientibus.

752 Gratia Regia, vt omnes contradictiones cessarent in necessarium antecedens debuit prædicta tria impedimenta tollere.

753 Retrahens virtute iuris luendi vincula omnio dissoluit, extinguit et perimit.

754 Ius luendi si in Ioannẽ de Villalpando translatũ esse dicamus, non possent successores Contesinæ vinculis non subsistentibus a Ioanne Baroniam auocare.

755 Ioannes de Villalpando & successores non potuerunt bona libere potenter, & irreuocabiliter possidere, nisi gratia Regia translationẽ contineat.

756 Verbũ absoluimus, ad cõiuges illorũ, et cuiuslibet eorũ successores operari non potest, nisi gratia translatiua sit, non extinctiua tantum.

757 Priuatio presuponit habitum.

758 Gratia Regia non potuit in successoribus Ioannis, & Contesinæ absolutionẽ parere nisi fateamur actione personali, aut reali obligatos esse, quorum vtrumq falsum est.

759 Obligatio personalis passiua ad alios preter hæredes non transit.

760 Successores Ioãnis & Cõtesinæ vinculis subsistentibus actione reali pro iure redimendi non tenebantur.

761 Verbum absoluimus, ad eum relatũ qui obligatus non est cessionem pro ducit non extinctionem.

762 Verbum liberamus, præter omnem spẽ aduersariorũ cessionẽ inducit.

763 Meritis vel pecunia actus facti ad paria iudicantur.

764 Donatione alicui & descẽdentibus perpetuo gradualiter, & successiue facta tot donationes censentur, quot sunt personæ, & vnus alteri præiudicare nequit, quia omnes a primo donante capiunt.

765 Donatione alicui & descendentibus intercedẽte pretio facta potest primus acquirens descendentibus præiudicare, quia ab illo non a donante accipere dicuntur.

766 Iacobus Menochius fulgentissimum Italiæ sydus immaculatæ conscientiæ, summæ sapientiæ vir laudatur & supra num. 126.

767 Donatione alicui & descẽdẽtibus propter merita facta, potest ille cuius meritis fit descẽdentibus præiudicare, quia ab illo capere dicuntur.

768 Debitore a creditore suo propter pecuniam a fideiussore, vel alio tertio solutã liberato debitor liberatur, a creditore, & obligatus manet pecuniam soluenti.

769 Gutierrez doctissimus Ciuitatensis Canonicus laudatur.

770 Creditor propter merita fideiussoris, vel alterius liberans, liberat debitorem a se ipso, & in benemerentem actionẽ transfert aduersus debitorem.

771 Gratia Regia propter merita Ioanni de Villalpando concessa successores omnes Ioannis, & Contesinæ a Rege donãte liberauit, & aduersus eos Ioãni actionem cõtulit etiã si non essent verba translatiua.

772 Verba liberamus, remittimus, & relaxamus, ad personas, & ad Baroniam relata nõ possunt effectum per viam extinctionis sed per viam cessionis consequi.

773 Renuntiatio neq. de re ad rem, neq. de causa ad causam, neq. de iure ad ius, neq. de persona ad personã extendi potest.

774 Renuntiatio penitus nulla est quando illi cuius contemplatione facta est, pro desse non potest.

775 Gratia Regia si solum extinctiua esset penitus esset nulla quia per extinctionem non potest illis quorum contemplatione facta est prodessẽ.

776 Renuntiatione inutili existente, quia non prodest ei, cui prodessẽ voluit renuntians datur regressus renuntianti ad ius renuntiatum.

777 Filia hæreditati paternæ contemplatione fratrum renũtians fratribus premorientibus regressum habet ad bona paterna.

778 Renuntiationi tacite inest conditio, si ille cuius contemplatione fit velit, & possit vtilitatem percipere.

779 Io. Frãciscus Apontus in Supremo Italiæ Prætorio Cõsiliarius laudatur.

780 Gratia Regia si extinctionem solã cõtineret cum non posset in Ioanne et successoribus effectum habere, nec bona liberasset, nec Regem iure luendi priuasset, quorum vtrumq. falsum est, & contra expressa verba gratiæ.

781 Verba remittimus, & relaxamus, non extinctionem tantum sed verissimè & propriè translationem in fauorem illorum quorum contemplatione facta fuit gratia, pepererunt.

782 Renuntiandi verbum quandoq. cessionem, & cessionis verbum, quandoq. renuntiationem significant, et vnum pro alio promiscue acipitur.

783 Transferendi verbum ex propria natura, & significatione liberationem significat, quando cessionem operari non potest.

784 Cesio obligationis personalis facta a creditore debitori cum non possit cessionem operari, liberationem, et remissionem inducit.

785 Renuntiationis, relaxationis, & remissionis verba translationem operantur, quando contrahentes finē suum consequi non possunt, per viā abdicatiuam, & extinctiuam.

786 Renuntiatio filiæ hæreditatis paternæ ex iure non decrescendi, omnibus fratribus prodest.

787 Renuntiatio hæreditatis paternæ a filia facta cōtemplatione vnius fratris cessionis, & translationis vim obtinet, vt illi soli fratri prosit non aliis.

788 Renuntiatio hæreditatis paternæ a filia facta cōtemplatione vnius fratris si extinctionem solam continere prodesset omnibus fratribus, nō illi solum cuius contemplatione facta fuit.

789 Renuntiatio licet extinctionem operetur quando pura est, & simplex, secus si qualificata sit facta propter merita alicuius.

790 Renūtiatio qualificata cessionis vim obtinet, ne ius renuntiatū ad alios præter benemerentem defluat.

791 Renūtiatio simplex extinguit et excludit, sed qualificata includit, et cedit.

792 Renuntiatio cessionem producit quādo per viam abdicatiuam vtilitatem non consequitur ille cuius contemplatione facta fuit.

793 Renuntiationis verbum quando per viam extinctiuam operari non potest fortius translationē operatur, si adiungatur verbum absoluimus.

794 Maxime si intercedat acceptatio illius cuius contemplatione fit, vel Notarij tanquam publicæ personæ.

795 Gratia Regia translationem operatur, quia per viam abdicatiuam nō poterant Ioannes & successores vtilitatem consequi, sed eam consequerētur successores Ramiri vinculis subsistentibus, & eis non existentibus successores Contesinæ.

796 Gratia Regia exūgore verborū trāslationem operatur propter verborum transferimus.

797 Transferendi verbum cessionem iuris translati significat.

798 Transferre, idē est quod ferre de vno in alium.

799 Transferendi verbum in iure extincto verificari non potest, cum impossibile sit de vno in aliū moueri.

800 Ademptio, extinctio & translatio differunt.

801 Translatio, remissio, & extinctio differunt.

802 Cessio est trāslatio dominij, iuris, vel actionis alicui competentis in aliū.

803 Cessio modus est per quem incorporalia transferuntur.

804 Cessionis natura præsuponit abdicationem in cedente, & translationem in eo cui fit cessio.

805 Literæ & chartæ cùm standum sit in Aragonia non potest rigor, & proprietas verbi transferimus immutari.

806 instrumenti casum vbi habemus aduocatorum cauillationes cessant tā quam si casum legis haberemus.

807 Gratia Regia cessionem, & translationem iuris luendi apertissimè cōtinet propter verbum donamus.

808 Dominium rerum corporalium non transfertur ex nuda traditione sine titulo.

809 Cessio iuris incorporalis ius non trāsfundit, nisi cessioni adiungatur titulus habilis venditionis aut donationis.

810 Ius luendi non extinctum, & emortuum sed cessum & translatum, & mens & verba geminata trāslationem inferentia inducunt.

811 Gratia regia translationē operatur propter verba, ea quæ vobis gratiose donamus.

812 Verba, eaque vobis gratiose donamus pluralis

pluralis numeri sunt, & ad Castra referuntur non ad ius luendi.

813 *Ius redimẽdi concedens rem pro qua cõpetit donare videtur.*

814 *Pactum redimendi actionem realem producit ex cõmuniori opinione in hoc Regno inuiolabili vsu recepta.*

815 *Rei vindicationem habens rẽ ipsam habere videtur.*

816 *Ius luendi exercere potuit Ioãnes de Villalpando, vt irreuocabiliter haberet dominium quod antea reuocabiliter habebat.*

817 *Remissionem non potuit operari verbum donatio respectu Ioannis, qui non erat dominus neq possessor irreuocabilis Baroniæ.*

818 *Donandi verbum ad Castra relatum ex proprietate sermonis, dominij translationem infert.*

019 *Clausula omni meliori modo ad vtilitatem Ioannis & successorũ trãslationem operatur intelligatur.*

820 *Et efficit vt actus vtilius efficatius, & validius etiã verba impropriando ad vtilitatem illius cuius intuitu fit.*

821 *Et vtilissimũ est eam clausulã in omni dispositione adiicere.*

822 *Et efficit vt omne illud ius collatum censeatur quod vllo modo conferre potuit.*

823 *Et operatur, vt donans omnia iura irreuocabiliter transferat & nihil sibi reseruet.*

824 *Liberè verbum donationi adiectum plenum ius transfert ita quod nullus impedimentum inferre poßit donatario.*

825 *Clausula omni meliori modo, translationẽ necessario operatur, quia per eã vtilitatẽ maximã donatarij cõsequũtur, per extinctionẽ, nullam.*

826 *Gratiam Regiam si translatiuam interpretemur, donatarij vtilitatem consequentur Baroniam redimendo in vim iuris translati & ceßi.*

827 *Translatiuã fuisse gratiã Regiã omnes a tẽpore cõceßionis existimarũt.*

828 *Decreta plurium virorum certam videntur determinationem facere.*

829 *Vsu inuiolabili cõfirmata destruere est inuertere mundum.*

830 *Obseruantia subsequuta indubiè declarat in gratia Regia translationem contineri.*

831 *Causa adæquata præsumitur effectui subsequuto.*

832 *Initia dubia ex obseruatione longa clarificantur.*

833 *Ioannes gratiã à se concessam translatiuam eße clarè expreßit in litera obseruatoria in processu exhibita.*

834 *Declarationi donantis standum est, quia ius facit inter partes.*

835 *Ioannes & Contesina donatarij gratiam translatiuam crediderunt sibi ipsis luentes, & causam possessionis mutantes*

836 *Dispositio dubia ex intelligentia vtẽtium ea declaratur.*

837 *Successores immediati Ioannis & cõtesinæ scilicet Franciscus de Villalpando & Beatrix de Funes gratiã pro translatiua habuerunt concordiam cum vocatis in vinculo faciẽdo, in qua ius luendi, sibi pertinere fatentur.*

838 *Ioannes de Villalpando, Francisci, et Beatricis filius translationẽ agnouit, bona luendo a Michaele vocato in vinculis.*

839 *Iudices qui pro vtraq. parte votarũt anno 1548. translationem iuris luẽdi concorditer agnouerunt.*

840 *Miratur author quo spiritu aduersarij prætendant extinctionem iuris luendi contra tantorum virorũ decreta iudicialiter, extra iudicialiter, per sententias, per contractus, & cõcordias reiteratis vicibus agnoscentia.*

841 *Inuehitur author contra viros doctos æris alieni libidine excitatos non ignorantes bona seculi caduca esse, et quod alius thesaurus apud superos*

ros quærendus est.

842 Dolet author miseros litigantes qui in manus incidunt aduocatorũ leges in ambabus manibus circumferentium.

843 Opiniones multi maximè consulendo sequuntur quas aut malas notas habebant aut cessante pecunia impugnassent, a ut non tam segniter degustassent.

844 Aduocatorum cauillos, pericula, segnitiem, & labes breui cum Aymosne deplorat author.

845 Sciẽtiam iuris animi affectibus, æris cupiditati, amicorum, aut propinquorum affectioni, & potentiorum formidini affectam, si veritatem tã quam scopum firmissimum haberemus, non totiens varietatis, & leuitatis labe obscurari cõtingeret.

846 Aduocatorum consulentium, & iuris scientiæ miseriam deplorandam remissiuè recenset author.

847 Baronia ex iure luendi trãslato fuit perfectissime redẽpta per Dõ. Antonium de Villalpando anno 1563.

848 Miratur iterum author hanc litem vitiosè inceptam & prosequutam contra determinationem Serenissimi Regis, tot Iudicum, arbitrorum, & partium.

849 Vnus contra multos raro sapit.

850 Scientia patronorum aduersæ partis a tam clarissima iustitia remota scientia appellanda non est sed potius calliditas.

851 Declamatione opus est aduersus solo clamori non rationi innitentes.

852 Iudices religiosissimi, & doctissimi, veritatis, & iustitiæ cardinẽ curare, & superstitiosas, & cauillosas rationes debent spernere.

853 Obiectionibus non respondere elati, aut ignorantis animi videtur.

854 Modestiam suam cũ Soto Burgos de pace, & Menochio defẽdit author dũ in cauillos aduersariorũ inuehit.

855 Dissoluitur prima aduersariorum obiectio, extinctionẽ inferẽs, ex verbis absoluimus liberamus & quitam.

856 Verba absoluimus, liberamus, et quitamus translationem inducunt, si adiungantur verba transferimus, & donamus.

857 Renũtiatio vel liberatio simplex ius non transfert, sed renuntiantem a iure suo repellit.

858 Renũtiatio, vel dimissio si adiũgatur verbum dono, vel transfero operatur extinctionem quoad transferentem, & cessionem, & translationẽ quoad eum cui fit renuntiatio.

859 Extinguit quis aliquãdo ius propriũ tantummodo, aliquando extinguit & transfert.

860 Verba translationis, & extinctionis cumulata translationẽ potius quã extinctionem operantur.

861 Translationis verbum in necessariũ antecedens præsupponit extinctionem iuris quoad ipsum trãsferẽtẽ.

862 Verborum inculcationes, quæ cũ graui illorũ copia, et orationis dignitate dicũtur vberiorẽ effectũ instituũt, et aures, & animũ magis feriunt.

863 Verba absoluimus, & liberamus, ad loca relata non inducunt liberationem simpliciter a redimendi onere, sed tantum ab onere redimẽdi quo ipsi Regi erant subiecta.

864 Liberatio a Rege plenius cõtingit per trãslationẽ, & cessionẽ iuris luẽdi

865 Transferre quis in aliũ nõ potest ius suum quin illud a se abdicet.

866 Translationis, & cessionis essentia est, vt transferens abdicet, refutet, perimat & extinguat ius cessum quo ad se ipsum.

867 Nouatio liberationẽ prioris obligationis, & creationem secũdæ producit.

868 Delegatione liberatur quis a priori creditore, & obligatur secundo.

869 Creditor liberationem potest concedere quoad vnos, & obligationem conseruare quoad alios.

870 Argumẽta omnia aduersariorũ clarè pro-

re procedere in renũtiatione simplici probatur, & secus esse in renuntiatione seu liberatione qualificata, quæ etiam si per verba extinctiua concipiatur translationem producit, quando per viam abdicatiuã effectum suum operari nequit.

871 Gratiam Regiam per viam abdicatiuam Ioanni de Villalpãdo & successoribus proficere impoßibile est, & sic necessario operatur translationem iuris luendi.

872 Verba absoluimus et liberamus, maxime ad loca relata, cessionem iuris luendi produxisse remißiue demonstratur.

873 Nodus indissolubilis quem circa exercitium iuris luendi aduersarij sine iuditio induci existimant clarißime dissoluitur.

874 Extinctum semel absolute & pure reuiuiscere, & ex interuallo trãsferri non potest.

875 Extinctum semel transferri potest in eadem scriptura in cõtinenti, quia in verbis extinctiuis solũ extinctio ad validitatem translationis necessaria expressa censetur.

876 Renuntiare, remittere, & relaxare ius suum, & simul illud in alium transferre quis potest.

877 Translationis, & extinctionis verba copulata non contraria sed compotabilia sunt extinctionem, & trãslationem producentia.

878 Verba absoluimus, & quitam', trãslationem ineuitabiliter operari remißiue probatur.

879 Dißoluitur ob ex aduersariorum putantium ex concursu actionis, & paßionis in eodem subiecto liberationem & extinctionem produci.

880 Pactum de retrouendendo, & personalem, & realem actionẽ producit.

881 Actio personalis licet actiuè et pasiuè in eodem subiecto concurrere non poßit realis tamen potest.

882 Actio & paßio licet irreuocabiliter in eodẽ subiecto cõcurrere nequeãt reuocabiliter tamen possunt.

883 Effectus proportionari debet suæ causæ, non solũ respectu durationis ex post facto, sed respectu virtutis in existentis a principio, secundũ quã perficitur & qualificatur.

884 Actio & paßio personalis licet in eodem subiecto quoad actionem cõcurrere nequeant propter incompatibilitatem quoad retentienẽ tamẽ poßũt, quia cessat incõpatibilitas.

885 Confusio actionum in Aragonia ex cõcursu actionis & paßionis in eodẽ subiecto non nascitur.

886 Tertia ratio accessionem & augmẽtum iuris luẽdi vinculis maioratus subiici contendens tanquam cauillosa & falsa dißoluitur.

887 Res virtute pacti luendi recuperata libera redimitur ab obligationibos hypothesis & vinculis medio tempore post cõcesßonẽ pacti cõstitutis.

888 Ius luendi quod ad dissoluendũ vincula dirigitur subiici nõ potest eisdem vinculis.

889 Ius luendi actiuum hæreditati pertinẽs si hæres exerceat res redempta tanquam ex pristina causa vinculis hæreditariis subiicitur.

890 Ius luẽdi paßiuum ab hærede acquisitum hæreditarium non efficitur imo hæreditaria vincula & onera destruit & dissoluit.

891 Dominus directus si dominium directum cesserit habenti vtile vinculatũ dominium directũ superueniens ex illa cessione, non subiacet vinculis quibus subiacet vtilis.

892 Vltima aduersariorum obiectio ius redimendi iudicandum esse maioratus augmentum existimans perfectè dissoluitur.

893 Augmẽtũ cõsistere nequaquã potest, nisi principale consistat, cuius contẽplatione augmentum dicitur.

894 Ius luendi a Rege translatum ineptè voce & nomine augmenti inscribitur.

bitur, cum post luitionem maioratum cui adiungi aduersarij existiment penitus extinguat.

895 *Augmenti quam plures species remissiuè recensentur.*

896 *Augmentum maioratus industria, et facto possessoris cõtingẽs nũquã maioratui accedit, sed acquirẽti, et successoribus suis libere defertur.*

897 *Acquisitum nouiter contra volunta tem acquirentis alteri rei accresce re non potest.*

898 *Acquirentis voluntas perpetuo spectari debet in incremento ex facto & industria hominis prouenienti.*

899 *Incrementa facta a possessore maioratus contra eius voluntatem maioratui non accrescunt.*

900 *Ius luendi vincalis & maioratui Ramiri tãquã augmẽtũ subiici alienum prorsus est a valuntate Regis donantis, & coniugũ acquirentiũ.*

TERTIUS ARTICULUS Quintæ Partis.

590 CUM dubitationes † proponere multò facilius sit, quàm eas dissoluere: vt eruditè, & facetè dixit Bal. cõs. 343. n. 4. versi. quæro. vol. 1. Aret. consi. 17. n. 11. ante versic. venio ad secũdum: nõ erit in difficilis hic tertius & vltimus articulus: cùm maxima pars illius in confutandis contrariis consistat, sicut Aymon in simili dixit consi. 475. nu. 106. & consi. 562. nu. 3. & consi. 835. nu. 8.

EXCITANT igitur patroni aduersæ partis ingenij vires, illiusquẽ neruos protendunt: vt euertãt clarissimã iustitiam, quàm tuemur. Nil enim est † in iure, quod Aduo-
591 catorũ industria non fiat difficile, siue id efficiat legum obscuritas, siue contradicendi studium multis innatum, siue ostẽtatio, & innanis gloriæ cupiditas non paucis ingenita, siue humanitatis nostræ à natura quadam cooptata infælicitas: vt post Ciceron. 2. de Orat. aduertit Tiraq. de retract. cõuen. §. 1. glo. 2. nu. 26. Tibe. Decia. in apolog. c. 10. numer. 10. Raud. de analog. 5. part. apendicis.

Supponendo igitur Vicecãcellarium, & Remirum eius filiũ fuisse † veros dominos Baroniæ, licet 592
eã possiderent subiectã oneri redimẽdi. l. Iulianus. §. fi. vbi expresse Bal. & Ang. de rei vẽd. idẽ Bal. in l. volũtas. n. 10. C. de fidei. omnes in l. Titia. §. Titia. de legat. 2. latissime Tiraq. de retrac. conu §. 2. gl. 1. nu. 38. & seq. & cũ multis dducit Pine. in. l. 2. p. 2. c. 7. n. 26. Marin. Frecc. de sub feud. fol. 307 vers. hic ergo Mol. de Primog. lib. 1. c. 19. a prin. vbi. n. 4. in hãc sentẽtiam in retulit Anto. Gom. Simãc. Coua. Mẽcha. Auend. & alios. Certũ est, † Remir 593
vincula, & maioratũ in Baronia, vt verũ dñm cõstituere potuisse. d. l. si ex duob'. §. sed & Marcellus. de indiem adiec. Bart. in l. Iulianus de cõd. indeb. Soci. & Deci. optime in l. pecuniã. de reb. cred. Tiraq. de retrac. cõuen. §. 2. glo. vni. n. 74. & in l. si vnquã. verb. reuertatur. n. 230. Ripa. in. l. filius familias. §. diui. n. 91. de leg. 1. His ita constitutis referam rationes contrarias.

DE-

594 DENIQVE † omnis ratiocinatio expensa a patronis aduersæ partis, in Isagogem, & breuem quandam summam redacta, tria in effectu continet. Primum est gratiam Serenissimi Regis Ioannis verbis, & mente, seu voluntate Regis consideratis, non continere cessionem, & translationem iuris luendi, cuius præsidio potuerint coniuges, aut eorum successores castra redimere, & vincula, & maioratum subuertere, & extinguere, impediendo per redemptionem ne cursus successionis Baroniæ, & castrorũ ad vocatos in maioratu Remiri deflueret: sed gratiam fuisse extinctiuam tantum iuris luendi, & ita nihil vtilitatis ad redimendum prædictis coniugibus, & eorum successoribus contulisse.

SECVNDO contendunt Regem Serenissimum etiam si voluisset cedere, & transferre ius redimendi in coniuges, & successores, nequaquã id officere potuisse duabus rationibus, quas ipsi vrgentes esse opinantur.

TERTIO tandem arbitrantur pactum redimẽdi, etiam si non fuisset extinctum à Serenissimo Rege, sed cẽssum, & translatum in cõiuges, propter modum ineptum in tráslatione seruatum, nequaquam illud profuisse successoribus coniugum, sed successoribus vocatis in
595 vinculis Remiri. Vt † sic videas ex defectu voluntatis, potentiæ, & modi (a quibus omnes actus humani, & illorũ valor dependent Bal. in l. 1. numero 55. de Sacros. Ecclesiæ & in l. testamentum de iur. & fac. ignor. & relati a Menochius lib. 2. quæstio. 80. numero 11. Ioan. Ortigas in Patrocinio vniuersitatis Cæsaraugustæ 1. parte numero 24.) gratiam Regis Serenissimi impugnare, & inutilem reddere voluisse.

PRIMAM igitur rationem † deducunt, & constituunt in verbis gratiæ, ibi *absoluimus, liberamus, & quitamus vos & successores vestros & cuiuslibet vestrum a prædicto onere iuris luendi, &c.* Quæ verba repetuntur, & confirmantur in inferioribus gratiæ partibus præsertim ibi, *hanc igitur remissionem, & donationem, & relaxationem, &c.* Quæ omnia verba extinctionem † iuris luendi inferunt, ita vt reliquiæ nullæ ipsius perseuerent Ias. in l. si insulam numer 7. de verbor. oblig. Molineus §. 3. glo. 2. nn. 20. 596 597

SIMPLEX † enim absolutio remissio, relaxatio, & renuntiatio, nullum ius transfert, sed proprium tantum extinguit Bal. in l. 1. col. 1. de bon. matern. C. l. siue apud acta. vbi omnes. C. de trásac. & Doctores omnes in l. si profundo C. de transactio. vbi Padilla. 598
Sicut enim † per pactum, quo res penes possessorem dimittitur, nulla actio, nullumque ius ei tribuitur præter pristinum, quod ha- 599

bebat gl. B. numero 5. Bald. & post Menesium & omnes Doctissimus Monter in l. debitori numero 33. 34. 35. de pactis ita & per renuntia
600 tionem, † absolutionem, & remissionem nullũ ius transfertur, sed persona, id agens, ab agendo tãtum depellitur vt elegantissimè docet in pacto reuendendi Marinus Frec. de subfeud. n. 46. fol. 160. Caldas de renoua. emphy. quæstio. 4. nu-
601 me. 4. remitens (inquit) ius † commissandi relinquit rem in pristina causa, & post Areti. consilio 182. & Capic. decis. 152. docet Moline. §. 22. numero 67.

602 ET de consuetudine † resolutoria, & translatoria loquens, & de ea differentiam faciens post Bald. in l. si maritus de vsufruct. Molineus §. 13. glos. 5. numero 30. cum sequent. Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 7. numero 62. vsque 75.

603 ET in terminis terminantibus elegantissimè Alcia. consilio 50. numero 5. & 6. lib. 8. resoluens ibi nunquam potuisse fieri redemptionem in vim pacti de retrouendendo: quia (inquit) ius redimendi ibi non fuerat translatum, vel cessum, sed renuntiatum tantum, & extinctum, in quo solo versari consultationis difficultatem arbitratur, imo
604 renuntiatio, † & relaxatio non solum translationem iuris nõ infert sed neque probationem dominij, aut illius confessionem producit D. Monter Regius consiliarius meritissimus vbi sunt concord. in l. post quam liti numero 24. & seq. C. de pactis.

CVM igitur † libere patroni aduersi enuntient, ius redimendi à Rege fuisse extinctum, remissum, & relaxatum, non vero cessum, & translatum in coniuges, & successores, recte suo iudicio inferunt, nullum ex eis ius habuisse redimendi castra, & extinguendi vincula, vt prædixi. 605

ET hác † rationem egregie confirmari existimant, ex eo quod verba remissionis, relaxationis, & extinctionis non solum ad cõiugum, & successorum personas referuntur, sed & ad ipsa loca, & castra. Vt constat apertissimè ex litera ipsius gratiæ. Existimant autem futurum esse impossibile, vt castra ab onere luendi liberata consistant præter quam si gratia iuris luendi extinctiua sit. Quoniam si cessionẽ, & translationem gratia contineret, castra, & oppida non liberata, & absoluta à iure luendi; sed illi subiecta, permanerent. 606

ET præter superiora † si cessionẽ, & translationẽ supra dicta gratia produceret, arbitrantur inextricabilem nodum illam constituere. Quoniam cum facta sit per distributiuũ *cuilibet* ex cõiugibus, & vnicuiq. eorũ, & successoribus eorum & cuiuslibet eorũ: fatẽtur ingenue minimè percipere, quo pacto, aut quo iure inter se alij cõtra alios, vel omnes contra tertios ius redimendi valeant, & possint exercere. 607

VERBA

VERBA autem, donamus, nihil officere, neque superiorem sensum immutare profitentur, quo
608 niá † remissio, & relaxatio donatio est Doctores in l. creditoris C. de pact. Rebuf. in cōstit. Reg. tit. de donatio. insinuan. articulo 1. glos. 1. numero 2. tom. 2. Dueñas regula 224. Couar. lib. 2. varia. cap. 4. numero 7. Clarus. §. donatio. q. 16. Matienco in l. 7. titulo 10. glo. 6. numero 6. Beroi. consilio 143. numero 10. Bertazol. consilio crimi. 407. num. 3. Molineus in consuetu. §. 14. numero 10. Mozius de contract. titulo de diuis. mand. versiculo 81. Ludou. conclus. 30. versiculo 22. Caballinus. Milleloq. 101. 135. & noster Portoles ad Molinū verbo. donatio. vbi sunt concord.

609 VERBVM autem † *transferimus* improprie sumi oportere dicunt pro transfusione, vel extinctione: vt deseruiat menti principali contrahentium Hippol. in rub. de probation. numero 13. latissime
610 Roman. consilio 509. & fini † præcipuo eorum, qui ex Philosophia in omnibus actibus humanis attendendus est, vt aduertit Ceruantes in l. 6. Tauri. nu. 151. & Roman. sup. Quem aduersarij extollūt, sed perperam. Quia præterquá quod axioma hoc vulgatissimum est, illud consilium Romani vehementissime opinionem nostram confirmat, & contrarium improbat, vt infra declarabo; sed potuissent proprius animaduertere, & exactius. Quod aliquando † verbum, 611
transferimus in terminis sumitur pro resolutione, & extinctione Rebufus in l. 206. de verbor. sign. pag. 914. uersiculo transferre venditionem.

SECVNDAM rationem cōtrariam á defectu potestatis regis dimanantem duobus mediis confirmant. Primum est. Quoniam cum Serenissimus Rex initio gratiæ per verba clarissima in proximo primo fundamento relata pactum, & ius redimendi extinxerit:
† certum esse (aiunt) ex iure extincto (quod reuiuiscere est impossibile l. qui res. §. aream de solutionibus) aliquid permansisse, quod potuerit per Regem in coniuges, & successores transferri. Quam rationem in terminis pacti de retrouendendo considerat egregie Zasuis consilio 12. numero 76. volumin. 1. quem refert multæ † lectionis & varie eruditionis vir concivis noster Monter. in l. postquam liti. numero 10. C. de pactis & Zasuis inquit ex pacto de retrouendendo semel extincto esse impossibile quem redimere, & retroemere. 612 613

SECVNDO confirmant † 614
huiusmodi rationem secundam hac animaduersione. Quoniá cum Ioannes, & Contesina possedissent

Castra subiecta oneri luendi: & prædictum pactum, quod pasiuè penes eos táquá penes possessores erat per Serenissimum Regem actiuè in eos translatum fuerit: & ius actiuum, & pasiuú in eodem subiecto subsistere nó queát: cessio, & translatio producit effectum liberationis, & extinctionis pacti.
615 Quia tanquam cessio, † & translatio subsistere non potest: elegantissimè Salicet. in l. 1. quæstio. 21. C. de actio. & obligatio. per l. vranius. de fideiussor. Alexand. in l. senatus. §. legatum. de legat. 1. & in terminis Ruinus consilio 119. numero 19. volumin. 2. & consilio 17. numero 8. volumin. 4. & consilio 88. numero 6. volum. 5. Frec. de subfeudis fol. 170. numero 108. Vnde cum ex his rationibus nuper relatis reuendendi pactum non translatum, sed extinctú aduersarij dicant: arbitrantur, nulli ex coniugibus, & successoribus ius redimendi Castra, & extinguendi vincula (vt prædixi) cópetiisse, sed illorum virtute successoribus Remiri deferenda esse profitentur.

TERTIAM tandem, & vltimam rationem quibusdam mediis, cauillosissimis tamen astruút, & constabiliunt: Aiunt namque,
616 rem † virtute pacti de retrouendendo recuperatam eiusdem essentiæ & qualitatis esse, cuius erat ante recuperationem. Et in terminis, in quibus versamur, respectu fidei commissi legalis, vel hominis cófirmat Decius videndus consilio 88. post Baldum numero 4. Pau. numero 9. Ias. 16. in l. ab emptione. de pact. Molineus in consuetud. §. 22. numero 12. Tiraquell. vbi sunt concordantes de retract. lig. §. 19. gloss. 2. num. 4. Matienco. titulo. 11. l. 7. glos. 7. numero 8. Cepha. & plures relati a nostro Portoles. de consortibus capit. 19. numero 4. Sed ante cessionem iuris retractus, & exercitij illius coniuges possidebant castra subiecta vinculis Remiri, ergo & postea.

SECVNDO confirmát † hác vltimam rationem ex recepta sententia, quæ continet rem redemptam in vim pacti de retrouendendo cum defuncto inito sub iacere restitutioni, licet fideicommissarius teneatur exsoluere pretium Dec. consilio 238. dub. 5. Tiraquell. de retract. conuen. in fine numero 85. Tiberius Decia. consilio 18. numero 18. volum. 2. Marcabr. consilio 29. numero 234. Bologn. consilio 17. per totum. Bertran. consilio. 379. volum. 1. 617

TANDEM vltimo † confirmant (sed nescio quo spiritu.) Quoniam (aiunt) ius retractus, etiamsi faterentur cessum, & translatum á Serenissimo Rege, iudicandum esset, vt incrementum constante matrimonio factum dicto rum castrorum. Quæ cum fatean- 618
tur

tur Remiri vinculis, & maioratui ab eo constituti esse supposita, iús retractus tanquam incrementum castrorum, & sic maioratus iisdem vinculis subiacere aiunt, Garsia de acquęstu coniug. numero 23. & de expensis capit. 22. vbi sunt concor dantes, Pelaez de maioratu. 1. parte quæst. 10. multi relati a Peregrino articulo. 10.

CVM quibus (nisallor) retulimus, & exposuimus rationes, (si huiusmodi nomine inscribi mereantur) aduersæ partis. Ex quarũ dilucida, & verissima confutatione nitidior, & ipso Sole clarior, clientis mei iustitia in lucem emittitur.

619 VERVNTAMEN † SVperioribus animum non mouentibus, arbitror, pactum de retrouendendo non extinctum, non emortuum, neque quasi cãcellatum fuisse per Serenissimum Regem, sed cessum, donatum, transmissum, & & translatum in Ioannem de Villalpando, & Contesinam, & eorum quem libet, & cuius libet illorum successores vt prædixi. Et quo
620 niam † vastum legalis disciplinæ pelagus ingentes, & eximias difficultates habet, quæ ex variis caussis oriuntur, sicut docent Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. numero 24. Burgos de Paz in proœ. legum. Taur. numero 245. Zancus in repetitione. §. cum ita numero 823. Gallef. de exercitatione iuris prudentiæ Tiberius Decia. in apologia capit. 10. numero 10. Raud. de analog. 5. parte append. in principio.

SED inter omnes † non infe- 621
rior, neque minus communis est illa, quæ ab interpretationibus contrariis desumptis, aliquãdo à mente, aliquando à verbis fluit, sicut profitentur Curtius Iuni. consilio 121. numero 10. Aymon. consilio 294. Zancus vbi supra nume. 145.
Vt autem ostendam † ipse, opinio- 622
nem nostram omni prorsus difficultate carere: demonstrabo ex mente, & scripto vt Rethores aiũt teste Zanco supra nume 4. verissimam esse.

ET quoniam mens † solet esse 623
metrum, & mensura ad respondendum de iure Fortunius in l. Gallus §. & quid si tantum numero 73. de
liber. & posthu. Et non solum † in 624
vltimis voluntatibus, sed & in cõtractibus Principis vices gerit. l. si debitor. §. verisimile de contrahen. empt. l. final. C. de pigno. l. in conuentionibus de verb. sign. Dec. consilio 190. Aymon. consilio 238. Alber. consilio 1. numero 4. Tiraquell. late in l. si vnquam verbo. libertis numero 54. Alexand. Rauden. consilio 18. numero 51. ex professo Menoch. lib. 1. præsumpt. 26. per totum & numero 8. & idem Menoch. consilio 27. numero 41. latissime Zancus supra numero 133. & 134. vbi sunt concordantes.

625 ADEO † vt mens & cogitatio agentis, licet falsa semper attendenda sit: Sarmiento in l. 2. de liber. & posthum. numero 4. Martin. Monter in l. pactum quod dotali numero 7. C. de pactis maxime ad interpretationẽ actus serm. select. lib. 2. c. 1. nu. 18.

626 IDQVE † etiam a proprietate verborum recedendo, vt proprie, & vere mens seruetur Alciatus consilio 4. numero 6. lib. 8. Tiberius Decia. consilio 31. numero 44. in 1. & nouissime eius compater Bonifacius Rugerius consilio 4. numero 7. & consilio 5. numero 14. volumine 1. quem laudant Tiberius & Menochius vt constat ex consilio 9. & 10. dicti Rugerij volum. 1.

627 QVIA † cum humanorum actuũ virtus non consistat in modico atramento, sed in eo quod maximum est, scilicet in mente Bal. in l. imperator de sta. hom. Ruger. con
628 sil. 1. nu. 95. Actus † corporei initiũ sumunt à ratione, & mente, quæ est in intellectu, Ruger. consilio 2. numero 35. non à verbis, & scriptura, quæ hærent sensibus auditus, & visus. In sensibus enim nulla est ratio, cui digne credatur; sed in mente. Pulchre Cicero. Academ. quæstio. fol. mihi 3. Non est (inquit) iuditium in sensibus, sola mens est idoneus iudex, cui recte credatur. Et de finibus bon. & mal. fol. mihi 44. Mirabilem vim mentis ex tollens, cui tota hominis natura paret.

SED est in signis † in hanc rem 629
elegantissimus, & pulcher Ciceronis locus omnino legendus in oratione pro Cecina inquiens. *Quæ lex quod senatus consultum, quod Magistratus edictum, quod fœdus, aut pactio, quod (vt ad priuatas res redeam) testamẽtum, quæ iuditia, aut stipulationes, aut pacti, & conuenti formula, non infirmari, aut conuelli potest, si ad verba rem deflectere velimus, consilium autem eorum, qui scripserunt, & rationem, & authoritatem relinquamus. Sermo Hercule, & familiaris, & quotidianus non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. Denique imperium domesticum nullum erit, si seruulis, aut nostris concesserimus, vt ad verba nobis obediant, & non ad id, quod ex verbis intelligi possit obtemperent.* & paulo inferius subdit Cicero, *quid est Piso? placet tibi pugnare verbis? placet causam iuris, & æquitatis in verbo constituere? Ego quod mihi videretur a maioribus factitatum, quod horum authoritate, quibus iudicandum est dignum esset, ostendi, id verum, id æquum, id omnibus vtile esse; spectari quo consilio, & qua sententia, non quibus quidque verbis esset actum. Tu me ad verbum vocas? Non ante venio quam recusaro: nego oportere, nego obtineri posse, nego vllam rem esse, quæ aut comprehendi satis aut caueri, aut excipi possit, si aut præterito aliquo verbo aut ambigue posito sentẽtia, & re cognita non id quod intelligitur, sed id quod dicitur valebit.* Idcirco prius ex mente à verbis clarissimis ducta rationes conficiam cuiuscunque hominis intellectum meo iuditio conuincentes.

SED

631 SED quoniam † vt omne nomen non ex omnibus literis componitur, ita non omni differendi genere vtendum est, Mantica asseuerante lib. 6. titulo 5. numero 8. vt ego copiosè deduxi in consil. meo Typis excuso super Baronia de Sigues. Propterea non referam ipse rationes remotas, sed illas tantum, quæ magis natiuæ, & veræ videbuntur, vt earum collatione breuius, & lucidius, veluti ante oculos exposita veritas elucescat iux. Molinei placitum in consuet. §. 11. numero 20. Ruger. consilio 5. vol. 1. num. 4.

PRIOR igitur ratio efficacissima, & potentissima est, & à fi-
632 ne ducitur, qui cum agentem moueat, & causa causarum sit Aristot. 1. posteriorum, Raudens. de analogis in indice verbo. finis, ille ad se omnia trahit: Petrus Surdus consilio 217. numero 4. 31. & 32. & omnia ab eo regulantur. Baldus consilio 115. volumin. 1. Aymon. consilio 113. numero 14. & 243. numero 2. Alba. consilio 52. nume. 7. Petrus Surdus consilio 164. nu-
633 mero 32. Adeo † vt denominentur omnes actus à fine. Aristot. 2. Physicorũ Bal. in rub. de dilatio. extra in fine, & post Speculatorem Barb. in c. mandatum numero 34. de rescript. Quæ plane ostendunt, huiusmodi gratiam, vel cessionis, & translationis nomine, vel extintionis & abdicationis inscribendã esse à fine, † voluntate, & mente 634
Regis eam concedentis: cum fine, & voluntate sublata omnes actus indifferentes sint vt inquit Bal.

CVMQVE finis, † seu causa 635
finalis ex procemio ipsius gratiæ deprehẽdatur: tex. in l. fin. de hæred. instit. quo non est dare meliorem in iure teste Socino consilio 24. nume. 1. vol. 4. & ad eum tex. Cagnol. in auth. ex causa. deliber. præter nnmero 28. Peralta in l. si quis in princ. testamenti de legat. 3. numero 82. fallen. 7. Dec. consilio 600. numero 1. Porcius consilio 125. Marzar. consilio 20. numero 17. & consilio 22. numero 50. Ioan. Garsia de nobilit. in diuis. oper. numero 2. Menoch. lib. 6. præsumpt. 2. numero 11. latissime Molina de primogen. lib. 1. c. 5. a princ. Mantica lib. 6. titulo 13. numero 2. Anto. Sola in constitutionibus Sabaudiæ titulo de feudis glossa. 1. secundæ partis in princ. fol. 55. Tiber. Decia. consilio 3. numero 116. consilio 7. numero 16. volumin. 1. estque communis regula teste Sebast. Medic. in tracta. de legibus parte 4. quæstio. 1. numero 5.

ET in procemio gratiæ extinctiuæ, † renũtiationis nempe, in qua 36
aduersariorum iuditio (licet falsò) versamur, idem docent Soci. consilio 183. numero 3. volumin. 2. Dec. consilio 379. & Beccius consilio

silio 347. numero 1. & in concessione Principis egregie Tiberius Decia. consilio 25. numero 88. & sequen. volum. 1.

637 E X superiori regula † communi erit præcisse iudicanda, nominanda, & inscribenda gratia ista Regia extinctiua, vel translatiua à fine omnia ad se trahente, & actibus omnibus nomen, & titulum indicente: à fine (inquam) mente, & voluntate Regis ex procemio gratiæ deducta: vt post glossam & Bar. in l. cum quid de reb. cred. profitentur ibi Alciat. numero 32. Purpur. numero 50. Bologn. num. 61. & infiniti prope quos referam in 5. fundamento.

638 S E D finis, & † voluntas Serenissimi Regis clarissimis verbis in procemio expressa fuit elargiri gratiam Ioanni de Villalpando, & Contesinæ, & illius successoribus remunerando dicto Ioanni Secretario, & Maiordomo suo seruitia sibi impensa, vt clare gratia
639 cantat. Et impossibile est, † finem hunc consequi, & voluntatem suam Regem implere, dicendo gratiam extinctiuam: perfectissimè autem vtrumque efficit gratia, si translatiua sit, & cessionem contineat. Ergo gratia translatiua est, argumento neruose deducto à fine, & mente in procemio declarata.

M I N O R propositio † est 640
euidentissima. Quoniam si gratia præfata extinctiua fuit iuris luendi: (vt aduersarij clamitant asseuerantes nullum ius in redimendi pacto, & circa illud Serenissimum Regem nominatis in ea contulisse, putantesquè propterea, eos & neminem ius redimendi exercere potuisse ad reiuindicandam Baroniam, & extinguendum vincula; sed solum Serenissimum Regem extinxisse, peremisse, & emori fecisse ius redimendi ex Bal. in l. 1. de bon. matern. & in l. siue apud acta, vbi omnes de transactio. & in l. si profundo eodem titulo & Alciato consilio 50. numero 4. & sequent. lib. 8. & Frec. de subfeudis numero 46. folio 160. Aretino, Capicio, Tiraquell. Molineo, Caldas relati supra in versiculo simplex enim absolutio.)

I T A Q V E si gratiam † 641
extinctiuam dicimus, nullam retributionem seruitiorum, & meritorum consequutus fuit Ioannes de Villalpando, & successores sui contra finem Regis in procemio expressum. In iure redimendi est euidentissimum vt prædixi, quia per extinctionem nihil iuris translatum est in eum. In Baronia autem est manifestissimum. Cùm mortua Contesina sine filiis subducatur a Ioanne, & successoribus, & deferatur vocatis in vinculis Remiri libera, non

subiecta

subiecta oneri iuris redimẽdi iam extincti perpetuò, & irreuocabiliter, & vinculis non subsistentibus Contesina tamquàm domina Baroniæ, sicut in gratia fatetur, liberè potuerit cuicumquè voluerit Baroniam relinquere, sicquè, vides dicendo gratiam extinctiuam Ioannem de Villalpando, cuius contẽplatione gratia facta fuit, Baronia, & iure redimendi, & meritis suis orbatum manere.

642 DEDVCITVR † ergo ex hís egregiè, & verè, gratiam à fine supradicto translatiuam dicendam esse, & cesſionem iuris redimendi continere: cum ita decernendo, & iudicando consequatur Serenisſimus Rex finem suum, & præfatus Ioannes retributionem meritorum suorum, & omnes nominati in gratia propter illius merita iuxta mẽtem, & finem Regis. Quoniam effecti domini iuris redimendi per cesſionem, & translationem, efficiuntur, prout effecti fuerunt, domini ipsius Baroniæ eam redimendo, & reiuindicando prout fecerunt, idquè liberè, potenter, & irreuocabiliter, sicut gratia continet, & ipse clarius infra deducam.

SECVNDO non dimouentes † spiritum, & animum à fine nõ leuiter insinuat huiusmodi gratiam translatiuam, nõ extinctiuam esse, intueri, & contemplari (difficile licet sit) quoties aliquis actus gerit cùm pluribus iudicare cuius cõtemplatione fiat, Freccia de subfeu. 2. par. q. 40. fol. 238.

643

VERVMTAMEN † quoties constat, cuius intuitu gestus sit, receptum esse, illi soli ius quæri, non alijs. Bal. egregie in l. cum oportet. numero 4. de bonisque liber. Bart. Iaſſ. & alij in l. sed si plures. §. in arrogato. de vulgari. Crot. in l. frater à fratre, nume. 4. vbi Corras. prima parte numero 32. de condict. indeb. Menoch. consil. 81. nu. 40. & 161. numero 12. & 31. & lib. 3. præsum. 28. numero 1. Surd. consil. 164. numero primo. Mantica. lib. 8. titul. 4. numero 7. Nauarr. in Manual. cap. 17. numero 147. Ioseph. de rustic. in tracta. quando liber. in condi. poſſ. libr. 2. cap. 1. numero 28. vbi sunt concordantes Caldas in repet. l. si curatorem. verbo cesſio. fol. 345. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 11. part. 4. Garcia de coniug. aquæstu numer. 103. Emanuel Castren. late in princi. l. cum oportet. numero 6. & sequent. de bonisquę libe. 644

ET in ademptione † facta con templatione alicuius (quod est fortius) quod ei quæratur ius, cuius contemplatione facta est Ruger. consil. 25. numero 85. vol. 1. ex Bar. in l. 1. §. fin. ad Tertul. l. peto. §. fratre. vbi omnes delegat. 2. & in l. filius famil. §. diui. delegat. 1. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de verbor. oblig. Alexan. Iaſſ. Deci. Rui. Curt. 645

& omnes relati à Cepha.consi. 17. nume.22 Menoch.consil.85.num. 103.Hierony.Gabri.consil.132.volum.1.num.70.

646 SED in proposito † contemplatione meritorum Ioannis fuit gratia facta illic, & nominati in illa à Serenissimo Rege, ergo ita interpretanda est, vt ex ea illis, & non aliis ius, & vtilitas quæsita dicatur.

CONFIRMATVR egre-
647 giè † satis in terminis ex Menoch. consil.40.nume.20.dicente ex donatione Principis facta Sigismũdo marito fuisse illi soli quęsitum ius, nõ vero vxori neq. filiis ex ea, quibus donatio etiam collata fuit, nõ obstante.l.3.§.si quis ex certa.de liber.& posthu. Quoniam (inquit) cùm merita & seruitia Sigismundi mariti fuerint expensa per Principem in donatione, sicut fuerunt expensa hic merita Ioannis, eius contemplatione dicitur illa facta, & illi soli fuit quæsitum ius ex ea.

648

ET quoniam † aliquibus difficile videri potest propter dictum §.si quis ex certa.eruditissimi & disertissimi Menochij respõsum cõfirmabis illud ex elegantissima & peregrina decisione in materia maioratus tradita à Gregorio Lopez. in l.2.tit.15.part.2.glosa fino del fijo mayor.quæst. 7. quam sequuntur Humada.in d.l.2.glo.10. num. 2.& 3.& eo non relato Aluaradus de coniecturata mente lib. 2.ca.3. §.2.nume.7.

ET confirmatur è contrario † eadem resolutio in donatione facta marito, & vxori contemplatione vxoris ex Alex.consi.119.volu. 5.eleganter Ferronius in consuetu. Burdegal.lib.2.tit.8.§.17.vesic.17 pagi.287.Et in donatione † Principis facta patri & filio contemplatione patris ex Afflict.Perna.& aliis ibi relatis a Menoch.cõsi.261. nume.37.& 38. 649 650

CVMQVE prædixerim †, Serenissimum Regem merita Ioannis in gratia fuisse contemplatum sicq. illius intuitu eam factam fuisse, & propterea oportere, ita gratiam interpretari, vt ex ea vtilitatem ille, & nominati in gratia consequantur, & non alij: Animaduerto nunc, id futurum esse impossibile, nisi gratiam translatiuam esse dicamus. Quoniam si extinctiuam eam dicimus, admonui iam, Ioannem præsertim, & successores suos nullum emolumentum, neq. vtilitatem ex gratia consequi posse, sed vocatos in vinculis Remiri, quos Rex minime contemplauit, nequè eis beneficium conferre voluit, qui maximũ emolumẽtũ ex extinctione consequẽtur. Cũ Contesina mortua, eis vinculorum iure deferatur Baronia libera, & non supposita oneri redimẽdi, vel vinculis nõ subsistẽtibus, cõsequẽtur cõmodũ 651

illi, qui-

illi, quibus Cōtesina Baroniam relinquere voluerit, tanquam illius domina, sicquè Ioannes manebit orbatus Baronia, iure redimendi, & meritis suis, & ex cōsequenti nullam vtilitatem consequetur ex gratia Regia, sed alij. Ergo gratia absolutè dicenda est translatiua.

652 OBITER autem † expendo, vt gratia contemplatione meritorum Ioannis facta dicatur, non oportere probare merita, sed ex confessione Regis facta in proœmio gratiæ, ea probata manere: cum nō versemur inter personas prohibitas, sed in casu in quo sine meritis Rex gratiā facere potuisset, ad notata per Bar. in l. si forte. de Castrē. pecul. Doctores in l. si donatione. C. de collationibus. Bald. in proœmio feudorum. nume. 33. & ibi Ias. numer. 90. & in l. 1. de officio eius, Aymon de antiquitate. 1. part. §. 1. nume. 16. 33. & 34. & §. 2. num. 22. & §. 3. nume. 3. & 2. par. in princip. num. 21. & ex Soci. 296. volum. 2. Ferron. supra dicta pag. 287. versi. 18. Nauarr. de spoliis. §. 2. nume. 8. Raud. de analogis. cap. 15. num. 73. Ioseph. Ludo. concl. 14. Mascardus concl. 1228.

ET in Principe donante ob merita Menoch. vbi sunt concordan. de arbitrariis quæst. 70. nume. 2. & etiam in principe donante ob benemerita latissimè Tiber. vbi sunt concor. consi. 25. nu. 37. & seq. Velasc. consul. 55. n. 5.

NEC oportet † probare quod merita sint condigna, Riminal. de donatio. numer. 1885. vbi sunt concordantes. 653

TERTIO eidem † fini hærendo mirificè cōfirmatur hæc opinio, animaduertendo vocabulorum significationes esse iuris gentium, aut iuris ciuilis aut consuetudinis. Bald. in l. maximum vitium. C. de liber. prӕterit. num. 7. & cons. 134. nume. 1. in 4. & 326. nume. 7. in 1. Mantic. lib. 2. tit. 8. nume. 2. & ex Bal. in cap. postremo. de appella. Felino & Mantica, Menoc. licet non ita clarè sicut Bald. & Mantica. supra de arbitrar. casu 199. nume. fin. Alcia. in princi. de verbor. signifi. ibi non dubium est id authoritati prudentum fuisse præstitutū, vt quo dicendi genere vsi sint, nos vti possimus, sicq. propriè dicere videamur. 654

EX quo clarissimè deprӕhendunt interpretes, † non esse in potestate hominis priuati inuertere, & immutare substantiam actuum, & contractuum. l. cum falsa. C. de iur. & fact. ignor. Molineus. §. 1. glosa quinta. numer. 27. Nequè eis † diuersa nomina indicere ab illis, quæ a iure gentium, ciuili, aut consuetudine fuerunt prudenter attributa, imo contractum, & actum ex mente, & illius natura talem iudicandum esse, & inscribēdum qualis ipse est, non attento nomine à partibus imposito, à 655 656

quo,& verborum cortice aiunt recedendum esse, & seruandum nomen, qui ex mente, & natura rei à iure, vel consuetudine attributus est.

657 HANC conclusionem † probant Tiraquel. vbi sunt concordantes,& similia multa in l. si vnquam verbo libertis. numer. 54. & de retract. lignag. §. 1. glos. 14. numer. 8. & §. 32. glos. 1. nume. 36. post Deci. in l. si pasciscenda. nu. 10. C. de pactis. Barthol. Socin. consi. 88. in princip. & 156. numer. 2. in 2. Corn. 38. numer. 9. in 2. Boeri. decis. 749. in fine. Socin. Iun. in consi. 68. nume. 2. in 2. Rubeus 142. in 2. Neuis. 92. nume. 19. Belon. 6. nume. 4. Aym. 20. nume. 5. Ripa. de peste. titul. de priuileg. contract. numer. 57. & 58. Pedrocha latè confirmans & amplians consil. 1. nume. 48. & 49. Rugerius consi. 5. nu. 14.

658 DENIQVE generale, & vniuersale est, vt à contrahentium fine, & mente, & ab eo quod ipsi principaliter agere intendunt, non solum effectus, sed titulus, & nomen contractui, & actui attribuatur, etiam diuersus (vt prædixi) ab inscriptione, & nomine, quod partes illi indiderunt. Erit ergo contractus venditionis, quamuis locationis nomine partes illum inscribant, si ex mente, & natura rei contractus venditionis est, & sic de singulis: vt preter super relatos profitentur Bart. in l. Aristo. numero 2. de donatio. & in l. 1. numer. 7. de rer. permut. late Tiraq. de retract. lignag. §. 30. glo. 1. num. 2. Gomez. Couarr. Andr. ab Exea & relati copiose a Pinello. 2. par. rubr. de rescindenda. num. 1.

MAXIME verò hæc † communis resolutio obseruanda est in donatione, amplissimè Molina libro 1. cap. 4. nume. 20. Quia plenissimè interpretanda est iuxta votum, & finem donantis, presertim si Regia sit, & ob benemerita facta: vt in proposito Bal. consil. 1. nume. 4. & 36. in 4. Tiber. consil. 25. à numero 30. cùm multis sequentib. & consil. 43. nu. 7. in 3. 659

VERBA siquidem † non mutant naturam contractus, sed natura ipsius trahit ad se verba vt in 1. fundamento retuli, & præter relatos supra Lassarte de Gabellis cap. 4. nume. 36. & cap. 9. nume. 37. Gironda in eodem tracta. 11. part. nume. 28. & punctim his terminis vtitur & id profitetur ex Menesio, & Matienço Iacobus Baldesius in additione ad Xuarez tit. 22. num. 13. pagina 99. 660

HIS sic cõstitutis, quæ † ostẽdũt nomẽ illud esse indicẽdũ contractui, qui ex fine, & mẽte cõtrahẽtiũ deducitur, subducto, & secluso nomine expræsso: constat clarissimè finẽ, & mẽtẽ serenissimi regis in huiusmodi gratia fuisse, illã impẽdere nominatis in ea propter seruitia 661

Ioan-

Ioãnnis de Villalpando. Qui finis, quæ mens, & meritorum retributio effectum sortiri non potest: si gratiam extinctiuam esse dicimus. Cessionem vero si contineat omnia iuxta votum Regis consequimur, vt clarissime insinuaui in duobus fundamentis anterioribus, ergo, precissè infertur, gratiam hanc translatiuam cessionem iuris redimendi continentem iudicandam esse, non verò extinctiuam: quamuis verbis extinctiuis, & non cessionem, & translationem inferentibus (quod falsum est) esset conscripta: vt probabo precissè, & ineuitabiliter in 16. fundamento, numero. 781. & 791. vsq. 795.

QVARTO eundem finem, & mentem suspiciens, clarius, & vrgentius confirmo superiorem sentẽtiam. Quoniam si vno nomine expresso, & indito ipsi contractui ab eo recedimus, & ex fine, & mente contrahentium aliud nomen verum, & proprium contractui indicimus; quoties non vnum tantum nomen, sed plura diuersæ significationis, & substantiæ sunt à contrahentibus actui attributa.
662 Facilius multò regula † superior obseruanda erit: vt ex pluribus nominibus contrarijs illud tantum attendatur, quod menti contrahentium, & naturæ actus magis quadrat: casus valde notabilis in l. non solum. §. fina. de vsucapioni. vbi Bart. Aymo. in rubri. de legat. 1. numero 94. elegantissime & latissime Roman. consil. 509. vbi Mandosius.

EX quo deducunt interpretes. † Quod si contrahentes dixerint vendimus, & donamus intercedente pręcio, contractus ex mente, & natura rei dicitur venditionis nulla habita ratione verbi donamus. Bart. in l. 1. numer. 3. de rerum permutatione. in l. exempto. de act. emptio. in l. si stipulatus. de vsuris. in l. fin. de condict. ob caus. adeo vt in tali venditione sit locus legi 2. de rescind. vend. Pantaleon de Crema. ibi. numer. 57. Cagnol. nume. 104. Pinel. 1. par. numer. 29. vbi sunt concordantes. 663

IDEM profitentur † ex eadem ratione omnes, si contrahentes dixerint, mutuauit, & dedit. Bart. Alex. & Ias. Dec. Curt. & Cagnol. nume. 98. in l. singularia. de rebus credit. 664

ET idem profitentur, † si in contractu adiecta sint verba, restituit, & donauit, Romanus amplissimè confirmans consil. 509. per totum. & nume. 9. quem aduersarij prose extollunt, & mirifice aduersus eos nostram sententiã cõfirmat quem sequitur Aymo. in rubri. de lega. 1. numero 94. 665

IDEM tandem ego † infero resoluendum, & obseruandum esse in gratia, in qua versamur, in qua cũ verba conscripta reperiantur 666

tur diuersæ significationis, & substantiæ, alia significantia iudicio aduersariorum extinctionem, & peremptionem iuris redimendi, licet falso, (vt ego clarissimè demonstrabo) qualia sunt illa, *absoluimus, liberamus, remittimus, relaxamus* alia vero significantia cessionem, & translationem, qualia sunt verba, *transferimus, & donamus*, (vt probabo) ex mente Serenissimi Regis volentis retribuere seruitia Ioannis gratia dicenda est translatiua, cessionem iuris redimenti continens a verbis *transferimus, & donamus*, quoniam aliter finis, & mens Regis effectum sortiri non potest (vt prædixi clarissimè in duobus prioribus fundamentis, & non semel admonui) non vero extinctiua, nulla habita consideratione verborum extinctionem significantium.

667 ET quoniam † doctrinæ in terminis solent iudicibus placere, & sunt securissimæ. Quia eis existentibus cessant argumenta, & decisiones generales. Brun. de statut. excluden. fæmin. artic. 6. quæst. 2. latè Felin. in. c. 1. numer. 6. de præscription. Rolan. consil. 69. numer. 26. in 3. Cephal. 363. in fine. Lancelo. Galiau. in Consuetudinibus Alexandriæ prohibentibus marit. in præfatione. numer. 11. latissimè Matheus Vuesembechius cōsi. 19. numer. 63. Idcirco referam grauissimas authoritates interpretum pūctim id asseuerantes.

SVNT itaquè † doctrinæ elegantissimæ, & grauissimæ in terminis docentes, quod quotiescumque in contractu reperiuntur conscripta verba, quæ conscripta sunt in gratia, de qua agimus, significantia extinctionem, & translationem veluti, *renuntiamus, remittimus, abdicamus, refutamus, cedimus, & transferimus*, contractus ex mente, & verbis cessionem, & translationem proprie continet, non vero remissionem, & extinctionem tantummodo. 668

HANC conclusionem † probant Doctores omnes in l. si profundo. C. de transactio. Parisi. consil. 71. a princip. & numea. 14. volumi. 3. Curti. Iun. consil. 274. nume. 34. Soci. Iun. consili. 116. nume. 59. volum. 1. ibi verba importantia renuntiationem omnium iurium, & eorumdem concessionem Veroi. consil. 130. numer. 22. volum. 2. ibi cum cessione & remissione iuriū omnium Marzar. consil. 86. a principi. ibi iura sua condonans atq. renuntians. Bursat. consil. 347. volumu. 4 in princip. ibi instrumentum donationis & renuntiæ. & num. 1. ibi donationis & remissionis, & nume. 21. ibi donationem remissionem & cessionem, quæ verba sunt eadem cū verbis Regiæ nostræ gratiæ Rimi. Iu. 539. nu. 24. & 25. & ibi renuntians cedens & mādās, pulchre in proposito Osasc. decis. 112. nu. 17. ibi à se abdicando, & vna in aliam pleno iure & in totum transferendo. 669

ferendo,Menoch.consi.89.nume. 20.ibi in hac diuisione cessio & iurium remissio.Peregri.de fideicómiss.arti.52.nu.33.

670 DEDVCO ergo ex his grãtiam nostram Regiã † precisè trãslatiuam dicendã esse à verbis *transferimus & donamus*,non vero extinctiuam solum, à verbis supra relatis extinctionem significantibus, & maximi faciendæ sunt tot grauissimæ, & variæ interpretum authoritates nõ sine labore,& lectione assidua inuentæ, & relatæ:cùm in terminis superiorem resolutionem tueantur,& foueant.

QVINTO singularissimè, & æquissimè confirmatur superius assumptum, supposito prius huiusmodi gratiam continere verba indicãtia extinctionem, & verba indicantia cessionem & translationem elegantissima ratione se-
671 quenti. Quoniam quando † scriptura se habet ad plures interpretantes formas,illa est inspicienda, quæ habet plurimum humanitatis,& quã discretio & ratio naturalis nobis insinuat,quæ omnis vir-
672 tutis plus est. Quia ratio † semper loquitur in cordibus nostris omnes actus humanos regens, & adcuncta recte respondens. Quia
673 nihil illi † opponitur, quod continuò propriam conscientiam non
674 remordeat, ad quam † si vt ad speculum mens hominis dirigatur, claue ingenij non errante anima redditur valdè tuta. Ita enim præ rumpit acutissimus Bald. consil. 343. a princip. & consil.38. in fine volum.1.& merito,quoniam naturalis † ratio, & recta ratio idem 675
sunt. Cum nihil possit esse prauum in natura: pulchrè Conanus lib.1.comment.iur.c.5.col.5.

QVAMOBREM omnes † interpretationes probabiles dicuntur; quæ vero per punctum rationis naturalis fit,non solum cæteris tutior, & excellentior est, sed necessaria dicitur Bal. consil. 411. nume.1.volu.3. Ideo oportet esse iudicis oculum in decisiuis.Corn. consil.110.num.18. in 3. & de illius vi authoritate & pondere.Roland. coosil.1.nume.18.Osasc. decis. 59. numer. 10. latissimè Tiraquel. de causa cessante.limitatione 1. num. 67.Burg.de Paz.in procemio leg. Tau.num.527.& ex diuo Thoma. Rim.Iun.consi.67.n.15.latissime. 676

SED præter omnes † expendo 677
admirabilem locum diui Pauli Epist.1.ad Romanos,vbi profitetur rationem naturalem ea, quæ sunt nota Dei,manifesta gentibus fecisse,& ideo inexcusabiles esse impiè viuentes,& contra rationem illius sacrosancti,& diuini luminis, quo nos signauit Dominus Psalmo 4. cuius meminit ex nostris Fælicianis de Solis de censibus.lib.1.c.1.

ITAQVE quoties scriptura † se habet ad plures interpretantes 678
formas (vt prædixi) ea accipiendũ est,quæ

est, quæ habet plurimum humanitatis, & quam discretio naturalis nobis insinuat, sed illa nobis insinuat eam interpretationem indubiè accipiendam, & obseruandam esse, per quam vtriquè parti consulitur. Bal. in l. bonorum. quæst. 3. C. qui admit. Paul. in l. 1. num. 3. si quis. ius dicen. Deci. consil. 162. nume. 1. & 356. nume. 11. Aymo. consil. 146. nume. 13. & 201. num. 16. & 301. num. 4. Plot. in l. si quando, numer. 292. C. vnde vi. Menoch. de arbitrar. casu 199. nume. 13. Bursat. consil. 176. nume. 25. Beccius consil. 99. nu. 26. & cons.
679 94. nume. 21. Quoniam illa † interpretatio, per quam altera partium defraudata manet; aut detrimentum patitur, tanquam iniqua respuenda est l. 3. §. 1. de arbi. Aymon. consil. 33. nume. 25. 91. numer. 11. 245. nume. 9. 269. num. 5. Menoch. supra n. 15. & 16.

680 VTRVMQVE autem † consequimur ita interpretando gratiam Regiam, vt translatiuam, & cessionem iuris luendi continentem dicamus. Quoniam vtriquè partium securè consulitur, & Serenissimo Regi volenti retribuere seruitia sibi impensa a Ioanne de Villalpando, & dicto Ioanni propter sua seruicia merenti retributionem: cum per cessionem iuris luendi consequantur ipse, & nominati in gratia rem maximi valoris, facultatem nempe redimendi Baroniam, & extinguẽdi vincula per redemptionem; & possidendi illam redemptam liberam perpetuò potenter, & irreuocabiliter, vt gratia vult.

HORVM vero neutrum
† operaretur gratia, si ita eam interpretamur, vt extinctiua sit. Quoniam ex extinctione iuris luendi nullam vtilitatem consequuntur Ioannes, neque eius successores, sed vocati in vinculis Remiri, qui mortua Contesina vinculis subsistentibus illorum virtute consequuturi erant Baroniam in sempiternum liberam ab onere redimendi, vel vinculis non subsistentibus illi in quos de Baronia Contesina illius Domina disponere vellet, secluso Ioanne, & eius successoribus. Quæ omnia absurda maxima esse diximus in secundo fundamento. 681

ERGO insinuante † discretione naturali, quæ omnis virtutis pluls est, gratia translatiua dicenda est: vt vtriquè partium sit securè consultum, & ne vtilitas his ob merita sua delata, non ad hos, sed ad alios quibus merita non suffragantur defluat (vt prædixi) non vero extinctiua, per quam præfatus Ioannes maneret orbatus meritis suis, & præmio eorum, & Serenissimus Rex non consequeretur finem optatum retribuendi, & remunerandi à nobilissimis naturæ incitamentis, & calcaribus vnicuiquè insitum, sed præsertim Celsitudine Regia dignissimum. 682

SEXTO

683 SEXTO Eidem discretioni, & rationi naturali innitendo ea clarissimè nobis insiuuat, eam interpretationem † in dubio pręcissè amplectendam esse, quæ donationem submouet, subducit, & penitus subleuat. Quoniam omnium hominum natura ad acquirendum, & cõseruandũ procliuis, & summè propensa pręsumptioni donationis maximè resistit. l. cum de indebito. de probatio. Bald. in l. generaliter. C. de non numerat. pecu. & consi. 189. in fine. volum. 2. Deci. consil. 177. numer. 1. & 350. numer. 4. Aymon. 77. nume. 14. Roland. 11. num. 46. in primo. Nat. 77. numer. 10. latè Becc. consil. 52. numer. 50. quem sequitur & de more veneratur, & suspicit Petr. Surdus consi. 202. num. 14. Couar. lib. 1. variar. c. 7. num. 4. Menoch. late de arbit. casu. 88. per totum, & copiose consil. 1. nũ. 213. post Tiraq. de retract. conuentio. in
684 principio nume. 73. Et in iure † redimendi, in quo versamur, quod non præsumatur quis gratè, & spõtè illud renuntiare: nouissimè Rugerius consil. 53. numer. 23. vol. 1.

685 MAXIME Verò † inter extraneos superius assumptũ obseruãdum est. Quoniã inter eos nullo pacto præsumi potest donatio rei, etiam modicæ, quanto magis maximæ, vt post Alciat. & Butigel. numer. 13. latè Purpur. numer. 18. in l. cum quid. de reb. cred. & post Bologne. in l. quæ dotis. n. 67. solu. matr. tradit Barbosa. nu. 17. & 64.

DENIQVE Adeo exosa
† fuit semper Iurisconsultis donationis præsumptio, tanquam rationi naturali contraria; vt magis voluerint tollerare, & præsumere errorem facti, vel iuris, quam donationem. l. si cum aurum. de solutio. Alexand. consil. 114. numer. 4. in 3. vbi plura Moline. & errorem facti proprij: Aymon. consi. 77. nu. 14. & etiam fatuitatem Bald. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. nu. 5. Orozco in l. iuris gentium. §. sed cum nulla. nume. 6. de pact. & etiã, quod fortius est nullitatem actus, vt pręter Tiraquel. Menochium, & supra relatos docet latè Angulo de melioratio. in l. 3. glos. 2. nume. 46. & 47. pag. 310. 686

HIS Sic suppositis, † si gratiã 687
huiusmodi interpretamur extinctiuam esse, interpretationem assumimus, per quam donationem ingentis, & maximæ rei, renuntiationem nempè iuris redimendi extraneis sine meritis, & causa conferimus: contra notata à Ruger. in iure redimendi consil. 53. num. 23. Si vero translatiuam gratiam esse dicimus, eã interpretationem assumimus, per quam donationem rei ingẽtis, & maximæ submouemus naturæ odiosam, & repugnantẽ, & remunerationem seruitiorũ, & meritorũ introducimus ab ipsa ratione naturali dimanãtem, & fluentem. Id vero vt clarissime ostendã animaduerto.

PACTVM De retrouendendo † aduersariorum iudicio ex 688

tinctũ, sed arbitrio nostro per gratiam cessum, & translatum, esse ius maximæ æstimationis, & valoris: cùm receptiori interpretum censura tantum valeat ius redimẽdi Baroniam, quantum tertia pars veri valoris ipsius Baroniæ. Socin. in consil.15.colu.fin.& consil.57. volum.8.& in l.1.§.si hæres.ad Treb. Mar. Socin. in c. cum Ioannes.7. notab.per illum textum.de fide instrument.Dec.consil.308. Couarr. libr.3.resol.c.10.Nauar.in Manuali.c.17.nume.24.Gama.decis.138. numer.2.&decis.178.nume.9.Caball.de vsu.quæst.35.nume.267. & plures referens Ant. Sola in cõstit. Sabaudiæ in titu.de pact.inter emptor.glo.vni.primæ partis.num.4. fol.115.Ioseph.Ludo.decis. Perus. 97.numer.4. Velasc. optimè consult.70.numer.7. Nouissimè Bonifacius Rugerius consi.53.num.8. Raud.de analag.c.38.numer. 23.& 233.& 238. Martinez de Olano in sua concordia antinomiarum pagina 26.numer.108.Roland.cons. 96.numer.40.in 2.&58. num. 12. in 4, Burs.117. numer.15.Riminal. Iun.217.numer.117.Bimius.consi. 35.numer.6.& 20.numer.12.Malvasia consil. 106. numer. 12. Hieronymus Laurentius decis. 122. num.2.

689 ET Tiraquellum, † & plures referens, & multis ex his non relatis variæ lectionis, & maximæ religionis vir in vberrimis collectaneis ad ius canonicum collect. 26. ad decreta.nume.4.doctor Petrus Cenedo Canonicus Ecclesiæ beatæ Mariæ de Pilari: cuius Angelici 690
† Sanctuarij laudes, quamuis recẽsere innumeras vellem, possem, & deberem, cõsulto prætereo. Nulla est enim hodie extera prouintia, aut remota Regio, nulla gens, nulla hominum natio, quam non eius fama peruaserit, gloriaq; compleuerit. Et nimirũ cùm prima Christianorum Hispaniæ Ecclesia fuerit, in qua diuinus cultus celebrari cœperit, diui Iacobi manibus, & ministerio extructa, innumeris Angelorũ choris constipata, & purissimę Virginis præsentia super marmorea columna perlustrata: cuius diuinitatem, cùm admirari possimus, laudare non satis subsistimus.

DE Eius tamen † origine, antiquitate, dignitate, & excellentia videantur Martinus Garsia Episcopus Barchinonẽsis, Gauberte, Beuter, Basseus, Marineus Siculus, Hieronymus Blancas, Ambrosius de Morales, Garibay, Hiero. Roman. Petrus Naya, Villegas, Alfonsus Mendoça, Pineda, Betendorpius Canisius, & relati à dicto Canonico Petro Cenedo. Collect. ad decretum 43.numer.8. & præter eos 691
illa † non contemnenda, quæ recensui in libello, quem inscripsi. 692
Epitome exemptionum, quæ partim ex veteri more, & consuetudine partim ex Romanorum Pontificum indultis ad Angelicam Basilicam Deiparæ Virginis de Pilari expectant. 2.p.c.3.§.10.& Sãctiss.

Grego-

Gregorio X I I I. Romano Pontifici consecraui.

693 E T Quamuis multa sint, † & antiquitatis initia, & nobilitatis, & dignitatis ornaméta, quæ patriam meam ciuitatem Cæsaraugustæ illustrissimam constituunt, quæ ex Plinio, sancto Isidoro, & aliis diligenter commemorant Ioan. Hortigas in suo Patrocinio. nume. 122.
694 & 3. part. num. 100. & magnæ † spei I. C. August. Morlanes. Mari. Sicul. Basse. & relati. d. collecta. 43. nu. 6. Veruntamen Basilica hæc diuina, & beatissimæ, & immaculatissimę virginis effigies, & imago supra columnam marmoream diuinitus cósistens, quæ maxima omnium fidelium veneratione colitur, beatissimam, fœlicissimam, & illustrissimam eam efficit teste Siculo lib. 5.
695 de sanctis Hispaniæ. Cum † Cæsaraugusta vere, ac iure gloriari possit, se primam, non solum in Hispania, sed fere in vniuerso orbe catholicę fidei sedem, & ará tenuisse, & extitisse.

S E D Vt eo reuertar vnde piissime digressus sum, animaduerti pactum de retrouendendo esse rem maximi valoris, tantumq; valere, quantum valet tertia ipsius Baro-
696 niæ pars. Cùm igitur † prędixerim, & clarissime docuerim ex extinctione iuris luendi, nullam vtilitatem consequi Ioannem, cuius meritis, & intuitu gratia facta fuit, sed integram vtilitatem extinctionis percipere vocatos in vinculis Ramiri, qui Baroniam, quam virtute vinculorú consequi poterant, mortua Cótesina sine filiis, suppositam oneri iuris luendi, cósequuntur ex extinctione liberam perpetuo, & irreuocabiliter ab onere luédi, vel vinculis nó subsistentibus illis, quibus Contesina tanquam Baroniæ Domina eam relinquere voluisset, secluso Ioanne, & eius successoribus.

E X His clarissimè † deducitur interpretationem aduersariorum existimantium, gratiam esse extinctiuam introducere donationem rei maximi valoris à renuntiatione iuris luendi dimanantem erga extraneos, vocatos nempe in vinculis Ramiri, quos Serenissimus Rex non nouerat, neque eorú contemplatione merita considerari poterant, cum nati non essent. Alexá. consil. 8. numer. 10. in 3. 89. num. 6. in 4. 138. numer. 2. in 5. Ruin. 123. numer. 9. in princip. Ias. 89. in 3. colu. 2. Syluan. 4. nume. 16. Alcia. 7. numer. 25. libr. 4. Rimin. iuni. 31. numer. 110. in primo: vel erga vocatoss à Contęsina, vt nuper dixi. 697

E R G O Interpretatio † ista donationem introducens rei, præsertim maximi valoris erga extraneos penitus respuenda, subducenda, & subleuanda est, tanquam discretioni, & rationi naturali contraria. 698

699 VERVM Enimuero † si interpretationem illam assumimus, per quam gratiá translatiuam esse dicimus, interpretationem donationem introducenté subducimus, & remunerationé seruitiorú Ioánis (quæ donatio dici non potest, sed debiti ex solutio) iuxta votú Serenissimi Regis, & merita ipsius Ioannis constituimus, vt prædixi, & explicaui.

700 ET Hæc interpretatio † remunerationem seruitiorum continés summis, & variis fauoribus constabilitur. Cùm à ratione, & discretione, imo verius obligatione naturali, ab honestate, & debito morali ducta dimanet, & defluat, qua illustrissimis naturæ incitamentis impellimur, retribuere beneficia, & seruitia impensa, vt tradút latissimè Tiraq. in princip. l. si vnquam. á num. 12. vsquo ad 68. Gabr. de donatio. concl. 1. num. 60. & concl. 2. num. 45. Clarus in §. donatio. q. 6. & 16. Roland. consil. 76. numer. 13. in 2. Bursat. 183. nu. 6. Tiber. cósil. 25. num. 31. & 32. in primo. Pedroc. consil. 22. a num. 56. & ex S. Thom. & aliis Couar. egregiè in c. cum esses. num. 9. de testam. & eum sequutus Menoc. lib. 1. pręsump. 50. n. 18. & sequ. & latè Ioan. Garsia in tract. de donatio. remu. per totum. Ergo interpretatio ista seligenda est, per quam gratia translatiua, non vero extinctiua dicatur.

SEPTIMO Nó leuiter eadem naturalis discretio nos admonet, gratiam istam translatiuá esse: animaduertendo in interpretationum † concursu, & conflictu eam 701 seligendam esse, quæ prouidet, & confert ad casum necessarium, voluntario ommisso: id enim prudentia mater, & regina virtutum omnium clarissimè insinuat. l. in his. § sed si fortè. de solutio. Aym. consil. 106. num. 5. & 135. num. 34. & 149. num. 12. & 272. num. 4. Burs. consi. 176. nu. 26. Menoc. consil. 123. n. 7. & casu 199. num. 12.

IVSTIOR Enim est interpretatio illa † per quam quis debi- 702 tú exsoluit, actibus volútariis ommissis. l. 1. 4. & 5. de solutioni. Bald. consil. 87. in primo. Dec. cons. 437. num. 2. Paris. 107. nu. 14. in 3. Rom. 94. in princip. post Alex. consil. 85. vol. 3. per totú. Alex. consil. 2. n. 21. in 4. Corn. 111. numer. 4. in 4. Bancius ex defect. mand. nu. 97. Ergo illa interpretatio naturali ratione insinuante, & compellente amplectenda est, qua assumpta Serenissimus Rex in gratia casui necessario prouideat debitum exsoluédo; nó vero ea, per quam actum voluntarium donationis contra naturalem pręsumptioné exercuisse dicamus. Quia ex pluribus † interpretationi- 703 bus iustior, & æquior est amplecténda. Aym. 70. num. 14. & 263. col. 2. Burs. sup. num. 23. & 24. Menoch. supr. num. 7.

QVÆ Cú ita sint † oportet 704 denuo

denuo repetere, asseuerando gratiam hanc continere cessionem, & translationem iuris redimendi, ingentem vtilitatem esse collatam Ioanni de Villalpando, & eius successoribus. Cùm eius præsidio ius in Baronia, & ad eam vindicãdam fuerint assequuti, in qua nullum habebant. Cùm subsistentibus vinculis vocati in eis illá vendicare possent, vel non subsistentibus Contesina, tanquam vera domina illius liberè ad præiuditium Ioannis de ea disponere potuisset.

SED Huiusmodi beneficium cessionis cõferendo Serenissimus Rex ipsi Ioanni propter merita illius, quę Serenissimus Rex clarissimè confitetur, rem necessariá egit.
705 Nã persoluit quod debebat. Cùm donatio † remuneratoria non sit propriè donatio, sed debiti persolutio ab instinctu naturæ, & honestate morali ducta, qua instruimur benefacienti beneficium rependere. l. sed etsi lege. §. consuluit. de peti. hæred. D. Tho. 2. 2. q. 106. art. 4. 5. & 6. pulchrè Fortunius in l. 1. §. ius naturale. illatio. 10. de iusti. & iure. Tiraq. Couarr. Gabr. Clar. Roland. & omnes relati à Tiber. Decia. Pedroc. Ioann. Garsia, & Menoch. in fundamento antecedenti.

706 ET Cũ summa † ratione, quoniam dandi, & accipiẽdi beneficia comercium, sine quo vita hominũ mors est, tollit, qui benemerito parem referre gratiá negligit. Valer. Max. lib. 5. titu. de ingratis Lacedemoniis erga Licurgum, & pulchrè Seneca de benefic. inquiens, per se fugiẽdam rem esse, ingratum esse. Quoniam nihil æquè concordiam humani generis dissociat, ac distrahit, quam ingratitudo, quoniá cessat discursus gratiarum, vbi recursus non fuerit teste diuo Bernardo sermone 35. elegantissimè Lactan. Firmia. lib. 2. diuin. instit. aduersus gentes, & Cassiodorus lib. 2. ep. 22. ingrati enim spes tanquam hyemalis glacies tabescet Sapientiæ. cap. 16.

QVOD Si gratiam † extin- 707
ctiuam dicimus: ita eam interpretamur, vt præfatus Ioannes meritis suis orbatus maneat, & Serenissimus Rex obligationi antidorali retribuendi illa non satisfaciat, sed actum liberalitatis, & donationis exerceret contra præsumptionẽ naturæ erga vocatos in vinculis, vel vocatos a Cõtesina, quia illi ex extinctione maximum commodum consequuntur, Ioannes autem nullum, vt sæpenumero prædixi, & demonstraui.

ERGO Ne † Ioannes meri- 708
ta seminet, quorum contemplatione facta est gratia, & ille præmio meritorũ orbatus maneat, & alij, qui merita non seminauerunt, fructus colligant, gratia interpretãda est, vt cessionem, & translationem iuris redimendi contineat, non extinctionem, vt pũctim in terminis,

 ita

ita resoluit eruditissimus Petrus Surdus.consil.244.per totum decernens, dispositionem verbis extinctionem indicatibus conceptá, cessionem continere,ne vnus merita seminet, & alius fructus colligat.Cuius consilij memini ipse infra fundaméto.17.vbi amplissima manu multis, & variis autoribus adductis illud confirmaui, & sup. etiam aduerti in 2.fundamento ad finem.

OCTAVO Tandem eius discretionis, & rationis naturalis, nobilissimis calcaribus incitati, & impulsi compellimur fateri,gratiá hanc translatiuam esse,& cessioné,
709 continere.Quoniam sicut res † inter alios acta aliis præiuditium nó infert.l.sępè.de reiudic.Aymon.2. part.de antiq.in princ. nu. 43.post Bald.pulcherrimè id asseuerantem in l.ingeniũ.de sta.homin.Lofred. consil.10.nume.4. Moline.in consuetud.§.31. nu. 18.egregie Couar. pract.13.qué ad huius assumpti declarationem laudat Menoc.de arbitr.casu.18.Beroi. consil. 142.nu. 42.in 2.Osasc. decis.157.num.15. Rugerius.consi.8.num.96.& cons. 38.num.79.Peregr.de fideicómis. art.53.num.40.

710 ITA Actus, † contractus, & res inter alios acta aliis, quam eis, cum quibus facta est,prodesse non potest.l.si vnus. §. ante omnia. de pact.vbi Bart.& Paul.Ias.in l.iuris gentium.§.Prętor.num.9.de pact. Idem Ias.in l.Imperatores.de tráns. Deci.in l.si actionem. C. de pact. Tiraq.vbi sunt concordantes de retract.lign.§.1.glos.9.

ET Hæc conclusio † vrgétius 711 multo procedit in renuntiatione, remissione, relaxatione, & extinctione alicuius iuris.Quia est odiosa,& strictissimi iuris, & facta contemplatione vnius personæ,illi soli prodesse potest, & non alteri. l. Paulo Calimacho.de legat.3. l. iubemus.C.ad Velleian.Bal. in l. sed & si quis.§.quæsitum.nu. 4. si quis caut.Quem refert Menoc.consi.6. num.3.& consil.197.nu.71.& præter eum Ang.consil.52.in fine Iofred.in c.1.de natu.succ.feud.vers. Nec obstat Sim.de Pret.cósil.160. num.39.in primo.Ioan.Angel. Pisanel.in consuetudine incipiente.si moriatur.fol.90.litera D.Quia cũ sit strictissimi iuris, & odiosa,nihil continet,præterquam,quod verbis claris expressum est.

QVAE Cum ita sint † clarissimè,& verissimè ex his deducitur, 712 huiusmodi gratiam ita interpretandam esse,vt cessionem, & translationem contineat, per quam vtilitatem consequatur Ioannes,cuius meritis illi & nominatis in gratia illa fuit elargita,eam vero interpretationem penitus esse conciderdam,& damnádam,per quam gratia iudicetur extinctitiua. Cum ex extinctione Ioannes cui, & cuius meritis gratia facta fuit nullũ ius,

& vti-

& vtilitatem consequitur, quia cũ non esset dominus, & possessor Baroniæ, non consequeretur vtilitatẽ posidendi eam liberam ab onere redimẽdi, sed hac vtilitate perfruẽtur, vel vocati in vinculis, eis subsistentibus, vel non subsistentibus, successores Contesinę. Et ita Ioannes, & sui successores manebunt orbati Baronia nullo cõmodo suscepto, ex extinctione iuris redimendi.

713 NE Igitur ea gratia † facta Ioãni, & successoribus suis, & nominatis in gratia contemplatione Ioannis, & meritorum suorum prosit aliis, quam Ioanni benemereti, cuius cõtẽplatione facta fuit: oportet præcisè asseuerare, gratiã hanc, etiamsi verbis extinctiuis tantum concepta extitisset cesionem, & translationem iuris luẽdi peperisse: vt ex communi omnium interpretum resolutione ineuitabiliter probabo. in 3. 4. fundamentis.

714 NONO Cum † argumentũ à vitando absurdo à ratione naturali ducatur, & propterea efficacissimum sit: vt cum multis deducit Mantica de coniect. libr. 3. titul. 7. num. 2. nouissime Rugerius cõs. 4. nume. 61. & consil. 18. nume. 70. &
715 consil. 40. vol. 1. adeo † vt à proprietate verborũ, & stricta ratione disputandi recedendum sit, vt absurdũ euitetur, Rugerius vbi sunt concordantes consilio. 48. numer. 39. vol. 1.

PLANE Ratio † naturalis 716
nobis insinuat, gratiam hanc esse translatiuam iuris luendi, non vero extinctiuam: ne tria absurda vehementisima sequantur, quorũ ne vnum cõtingat, gratiam verbis extinctiuis conceptam cesionẽ absolutè producere oportere demonstrabimus.

PRIMVM Est. † Quoniã 717
cùm omnes naturali instinctu ducti teneantur rependere beneficia, & seruitia illis impensa, vt copiosè deduxi supr. in 7. fundamento. Et
præsertim † Serenisimi Regis, qui 718
mercede, & præmio, non autẽ verbis solum seruitia illis impensa rependere tenentur. Ruger. consil. 38. num. 22. vol. 2. Et hic voluerit Serenisimus Rex, satisfaciendo obligationi antidotali, remunerare seruitia Ioanni de Villalpando. Si gratia esset extinctiua, non præmio, & mercede, sed verbis inutilibus nullo effectu sequuto, id egisset: vt sæpenumero admonui. Deniq; non esset consequutus finem suũ, ergo gratia translatiua dicenda est, vt huiusmodi absurdum fugiamus.

SECVNDVM Absurdũ 719
† sequeretur, quoniam cum Ioãni, cuius meritis, & contemplatione gratia facta fuit, omnis vtilitas esset deferenda ex receptisima sententia nuper expensa: nullam vtilitatem consequeretur, si gratia esset extinctiua, vt sæpenumero prædixi, sed maneret orbatus meritis suis,

suis, cuius absurdi vitandi causa verba: *Absoluimus, renũtiamus, remittimus*, cesſionem continere conſtat ex ſolidiſsimis fundamentis inferioribus. 12. 13. 14. & 15.

720 TERTIVM Abſurdum † maius, & iniquius anterioribus eſt. Quoniam ex gratia Regia conceſſa Ioãni ob eius merita nõ ſolũ ipſe, & ſucceſſores ſui vtilitaté minimè cõſequerẽtur, ſed potius vocati in vinculis, vel vocati à Conteſina, qui à Rege contemplati non fuerunt, neque merita in eis conſiſtebant, contra mentem Regis, & rationem naturalem, quia retributio

721 merita ſequitur, & ſic Ioannes † merita ſeminaſſet, & alij fructum, & meritorum Ioannis retributionem duxiſſent, quod abſurdiſsimũ eſſe docent Paul. conſil. 52. col. 1. in fin. Iaſ. in l. 1. §. ſi quis. de legat. 1. nu. 15. Afflict. deciſ. 319. nume. 3. Cephal. conſil. 371. nume. 10. Ne dici poſsit illud Virgil. Sic vos non vobis fertis aratra bobes, vt conſiderat pulchrè, & confirmat doctiſsimè inſignis, celebris, & facundiſsimus Menoch. conſi. 390. nu. 45. & a nu. 44. cum ſequẽtibus per leges multas, quæ vehementer ſtabiliunt rationem hanc ſumma æquitate ſuffultam: & tradunt omnes relati in 10. fundamento. Et propterea † ne gra

722 tia conceſſa alicui ob merita ſua aliis proſit, quibus merita non ſuffragantur, ceſsionem continet: quãuis verbis extinctionem inferentibus ſcripta ſit, pulchre, & late Petr. Surdus conſil. 244. vol. 2. Ergo vt iſta abſurda eximia ſubducantur, gratia iſta ceſſionem continet, & translatiua eſt.

DECIMO Eadem diſcretio, † & ratio naturalis, & lumen 723 æterni lũminis, quòd ſignatum eſt ſuper nos, edocet, in interpretationum conflictu, & concurſu eam, & veriorem, & rationi cõſentaneam ſeligendam eſſe, per quam actus, & contractus vtiles ſint; eam vero penitus reiiciendam eſſe, per quam actus, & hominum contractus inutiles, & eluſorij redduntur. Bald. in rub. C. de contrahen. empt. q. 9. late Aym. conſ. 135. num. 24. & 272. num. 7. & 294. nu. 3. & 201. nu. 13. & in conſil. pro genero. numer. 46. Oxeda de incompatibilitate beneficiorum. 2. part. c. 1. nu. 28. Mant. de coniectu. lib. 3. titu. 6. a princip. Burſ. conſil. 176. num. 15. volum. 2. Menoch. 1. num. 176. & de arbitrar. caſu 199. & poſt Bart. Bald. Ang. Vincent. nu. 7. Claud. nu. 5. Iaſ. 21. Bologn. 67. Barboſa in l. poſt doté, num. 14. ſolut. matr.

ALIOQVI Merito † in 724 facientes interpretationem inutilé actum reddentem cenſura ſapientum irrueret. Becc. conſil. 51. nu. 13. & 89. nume. 13. & ex Bald. de more Cotta verbo ſtatuta terrarum. pagina. 875.

SED huiuſmodi gratiam † ita 725 interpretando, vt ceſsionem iuris redimendi

redimendi contineat, vtilissima est Ioanni, & nominatis in gratia propter illius merita: si vero ita eã interpretemur, vt extinctiua sit, actus est inutilis, & gratia Regia elusoria, nullũ penitus effectum producens. Ergo præcissè asseuerandum est, gratiam trãslatiuam esse, & cessionem continere.

726 AD Probationem minoris † propositionis oportet duo animaduertere. Alterum contemplatione meritorum Ioannis esse gratiam concessam illi, & nominatis in ea, proptereaq; illi cuius contemplatione facta fuit ineuitabiliter ius ex illa fluens oportere fateri esse quæsitum, vt deduxi cum infinitis propè supra in 6.7. fundamẽto.

SECVNDO Oportet ani-
727 maduertere, † renuntiationem remissionem, & relaxationem cuiuscunque iuris, præsertim adeo excellentis, sicut ius redimendi Baroniam, esse strictissimi iuris, & nihil continere, nisi quod verbis claris cautum legitur. Calderi. cons. 5. de præbend. quem plures referunt Gozadin. consil. 1. nume. 7. Afflict. decis. 350. vbi Vrsil. numer. 1. Cra. consil. 272. numer. 7. post Deci. 379. numer. 3. Becc. consil. 106. numer. 45. Riminald. Iun. consil. 1. numer. 26. & consil. 54. numer. 15. & 178. numer. 6. & 204. num. 70. & 79. & 797. num. 19. Natta cons. 78. ad finem Ruger. consi. 18. nu. 6. & consil. 39. num. 2.

IDQVE Adeo verum est, † vt omnes asseuerent, renuntiationem, & remissionem inextendibilem esse de vno casu ad alium DD. in l. pactum. C. de collatio. Paulus Æmilius Verallus decis. 308. numer. 11. in 2. part. Ruger. consil. 10. numer. 94. Riminald. Iun. consil. 797. nume. 20. vbi sunt concordantes, Viuius decis. 316. num. 12. 728

NEQVE De vna re ad aliã 729
Ias. in l. ante omnia. numer. 8. de pact. Riminald. Iuni. consil. 292. numer. 15. Et ex eadem ratione inextendibilem esse dicũt de vno iure ad aliud Riminald. Senior. cons. 71. numer. 26. & 249. numer. 22. Franc. Marcus. decis. 245. nume. 3. Rimin. Iun. consil. 54. num. 15. Ruger. consil. 18. nume. 6. & consil. 16. num. 90.

ET Vrgentius multo, † inex- 730
tendibilem esse profitentur de vna persona, cuius contemplatione facta fuit, ad aliam non contemplatam. Quia illi soli, cuius contemplatione facta fuit, prodesse potest, non alteri, Ang. dict. consi. 52. Pret. consil. 160. num. 39. in primo Lofr. & relati à Viuio. supra numer. 8. & præter eos Bertran. consi. 233. nu. 2. lib. 9. Paris. 12. numer. 90, in primo. & 12. numer. 95. in 2. 19. num. 57. in 3. 10. num. 22. in. 4.

IDQVE, Quia † cum sit stri- 731
cti iuris, & odiosa (vt prædixi) non

potest protendi, neq; prodesse alteri, quam illi, cui prodesse renuntiantis interest. l. & hæredi. §. fin. de pactis, & hac ratione vtitur Calcan. consil. 33. numer. 23. Corn. & relati à Menoc. consi. 197. num. 32.

732 RENVNTIANTIS Autẽ † non interest, alteri extinctionem prodesse, quàm illi, cuius intuitu, & meritis facta fuit: imo ordinata ad vnum effectum, & ob vnã causam, retributionis nempe meritorum, non potest operari diuersum effectum, neque cõsistere causa cessante: quia illa cessante fit renuntiatio caduca, & intra cancellos cuiusdã causæ, vel contemplatione vnius personæ, vel ad limitatum effectũ facta effectum limitatum producit, neque ampliorẽ producere potest, neq; alij personæ prodesse, vt punctim de renuntiatione loquens latissimè, & elegantissimè confirmat Beccius videndus consil. 74. a nume. 20. cum plurib. sequentib. præter communia, quæ expendit. Tiraquel. de caus. cessan. 1. part. nu. 11. 52. 110. 169. vt videas aliis prodesse non posse, in quibus merita, & retributio meritorum non subsunt, vt probaui supra.

733 HIS Ita constitutis † omnes, qui asseuerant hanc gratiam extinctiuam fuisse, ineuitabiliter eam interpretationem assumũt, per quam gratia inutilis, & elusoria redditur, quoniam aut ex extinctione consequuti fuerunt emolumentum Ioãnes, & Cõtesina, & successores sui. Et idest falsissimum, quoniam ipsi aduersarij dilucidè fatentur, ex extinctione iuris luendi nullam actionem, nullam vtilitatem, nullũ denique ius in pacto de retrouendendo fuisse translatum in illos ex Alciato, Freccia. Calda. & aliis multis supra in contrariũ relatis. Cumq. per mortem Contesinæ sine filiis contendant vincula fuisse purificata, & illorum virtute Baroniã fuisse delatam vocatis in vinculis Remiri: consequens est, vt Ioannes, & Contesina, & successores nullam vtilitatem fuerint cõsequuti. Cùm maneant orbati dominio Baroniæ, & in pacto de rotrouendendo nullum ius fuerint assequuti.

AVT Contendunt † aduersarij, extinctionem iuris luendi, & sic gratiam regiam profuisse vocatis 734
in vinculis Ramiri effectis dominis Baroniæ vinculorum virtute libere, absq; eo quod illam habeant suppositam oneri redimẽdi, & hoc est impossibile, cũ prædixerimus, extinctionem iuris luendi (si extinctio esset, quæ in gratia continetur, & non cessio) factam cõtemplatione meritorum Ioannis illi, & nominatis in gratia ad effectum, & ob causam retributionis dictorum meritorum esse absolutè inextendibilem ad alias personas, in quibus causa, & effectus retributionis meritorum non subsistit. Et denique nemini prodesse posse, nisi Ioanni, cuius meritis, & contempla-

platione illis, & nominatis in gratia ea facta fuit, quia hoc & ipsius Ioannis interest, vt retributione meritorum fruatur, & Serenissimi Regis, vt retributionem meritorum natura compellente concedat. Ne igitur in hoc absurdum incidamus, asseuerãdum est, gratiam cessionem cõtinere: quamuis verbis extinctionem denotantibus cõcepta esset, vt ineuitabiliter probabo in fundamento. 17.

735 ABSOLVTIS † Autem superioribus decẽ rationibus, quæ ex fine, mente Regis, & discretione naturali suadent, interpretationem hanc esse verissimam, & iustissimam: vt ex mente, & verbis idem iudicandum esse ab omnibus demonstremus: iuxta Ciceronis placitum relatum à Zanco in princip. §. cum ita. numer. 4. ad corticẽ verborum confugimus.

736 PLACET Enim nobis † cũ aduersariis verbis pugnare, sicut fecit Piso cum Cicerone in oratione pro Cecina, quam rem, vt exactissime præstemus, in indiuiduo referemus, & explicabimus propriam significationem omnium verborũ in gratia regia descriptorum, tam illa per quæ insinuat Serenissimus Rex, quibus personis gratiam contulerit, quam illam quibus edocet, quo fine præfatis personis gratiam elargitus fuerit, & tandem illa quibus vsus fuit ad gratiam concedendam. Quæ in effectu sex verba, seu voces sunt scilicet. *Absoluimus, liberamus, remittimus, relaxamus, transferimus, & donamus.* Ex quorum omnium verborum propria significatione exactè explicata clarissimè demonstrabimus, gratiam regiam non extinctionem iuris luendi solum, sed illius cessionem, & translationem produxisse. Verbis igitur inhærentes inferiores rationes vrgentissimas constituimus.

VNDECIMA Igitur ratio ex præcisa verborum significatione ducta est, quoniam † Sere- 737
nissimus Rex liberalitatem, & gratiam exercuit vberrimè, & amplissimè concedendo eam non solum Ioanni, & Contesinæ coniugibus, verum & cuilibet eorũ, & successoribus eorum, & cuiuslibet eorũ ex natura distributiui cuilibet. Et
ex † rigore literæ, & forma, & figu- 738
ra gratiæ quæsitum fuit ius ex illa vnicuique ex coniugibus, & vnicuique ex eorum successoribus, siue cursu temporis minuantur, siue augeantur, quia in omnes gratia in solidum fuit distributa, & cùm effectu multiplicata. l. si pluribus. vbi glos. Bart. & omnes de legat. 2. l. nõ distinguemus. §. cum in plures. de arbit. Bart. in l. hoc articulo. de hæredit. instit. Mandos. ad Romanum consil. 315. Ripa in l. re coniuncti. nume. 164. de legat. 3. Gabr. consi. 87. volum. 1. Alexand. Socin. Ruin. & multi relati a Tiraquel. de retract. lign.

lign.§.31.glos.vni.num.11. & multi relati à Corbulo de causa priuatio.feud.ob lineam finitam nume. 86.& 87. elegantissimè sicut omnia Moline.§.2.glos.2. numer. 45. quem acutissimi ingenij virum dixit Marinus Freccia de subfeudis pagina 338.numer.20.colum.2.ad medium.Et merito,quoniam si hæreses eum non defatigassent, profectò meliorem interpretem nostra tempora non tulissent.

739 E X Superioris gratiæ, † & concessionis figura,cortice, & verbis constat,non solum illam fuisse impertitam vtriq; coniugum, & descendentibus communibus illorum,verumetiam eis deficiétibus, descendentibus, & successoribus alterius ex coniugibus ex quocunque matrimonio:Bald. in authent. qui rem. numer. 5. de Sacrosanct. Eccles.Socin.in l.cum vir. in fine. de cond. & demonst. egregiè Menoch.in donatione loquens consil. 40.quem confirmaui supr.ex Gregor.Lop.in l.2.titu.15.glos.10.q.7. part. 2. Humada in d.l.2. glos.10. numer.2.Aluarado de coniectura ta mente.lib.2.cap.3.§.2.numer.7. Burgos in procem.ll.Taur. nu.132. Molina de primogen.libr.3.c.5.numer.73.

740 E T In superiori † gratia, cùm regia sit,est indificile:per tex.in l.1. si liberta.Imp.socios.DD.in l.si mihi,& Titio de verbor.obliga. & ad dictam.l.1.Eman.Castré.de anno. ciui.notab.6.num.2.

I M O Cùm agamus † de materia sui natura transitoria ad hære 741
des extraneos, successorum appellatione in gratia descriptorum hęredes,& successores extranei ipsorum coniugum cõtinebuntur.l.hęredis appellatione. vbi omnes de verb. signific.l. in annalibus.C. de legat.Deci. in c. in præsentia. numer. 48 .de probation. Couarru. vbi sunt condordantes.lib.2. variarum.c.15.num. 3. Gabr.de verbor. signific.conclus.2.3. & 4. Mantica lib.8.titu.14. à princip. de coniect. vlt.volunt.Simon de Pret.de interpret.vltimar.volunt.lib.3.dubit.4. solu.5.Eman.Castre.de anno. ciui. notab.12.a princ.Pereg.de iur.fisc. lib.1.titu.2.num.103.idem Peregr. fideicommiss.art.32.

V T Verò obiter subducam nodum inextricabilem aduersariorũ iudicio in prima ratione contraria supra expensum, sed solutione facillimum:animaduerto, † secundũ 742
corticem verborum regiæ gratiæ cessare difficultatem iuris communis,qua in controuersiá deducitur. Vtrum iure redimendi pluribus cõpetente possit vnus,integrum pretiũ offerendo,integrá rem redimere.Negatiuam enim opinionem late tuétur Beroi. consil.163.num.9. & consil.194.num.15.vol.3.Tiraq. varias opiniones referés de retrac. conuen.

conuen.§.2.glos.6.num.31.Sed affirmatiuam dicentes magis cōmunem tuentur Gozad.in l.2.nu. 136. de pact.inter empt.C.Aym.consil. 593.num.10.& consil.968.num.4. Foller. in praxi censualium verbo instrumento gratiæ.Ioseph. Ludo. decis.Perus.112.Magon.decis.Florent.108.

DIXI Verò cessare difficultatem hanc in proposito, quia cum vnicuiq. insolidum per Regem gratia concessa sit,et sit redimendi facultas vnicuiq. insolidum attributa,res est indifficilis.Quoniam † ex 743
voluntate partium indiuidua diuidua fiunt,& è cōtra, dummodo natura nō obsistat:pulchrè Bal.in l.2. num.5.de hæredit.actio.Bar.consi. 195.omnes in l.1.§.sed si mihi. de verbor.oblig.Soc.consi.107.col.2. vol.4.Couarru.libr.1.resolu. c.16. num.5.Aym.consil.356.nu.4. Menoch.consil.123.nu.10.Burs.consil. 176.num.32.egregiè Moline.in cō suetud. §. 41. Ronchegal. in l.eandem.de duobus reis.

VERVNTAMEN Aut fateri oportet huius gratiæ emolumentum soli Ioanni, cuius meritis,& contēplatione facta fuit fuisse quæsitum iuxta latè deducta sup. in 3.4.fundamento,aut si ex distri-
744 butiuo† cuilibet vnicuiq. insolidū, ius ex illa quæsitum est, hunc intellectum habet ista gratia ; vt insolidum sit ius redimendi quæsitū coniugibus, & illorum successoribus, & eorū cuilibet contra tertios,non contra se ipsos.l. qui duos.de procurat.& ex Rebuf. Ioseph. Ludou. concl.30.versic.69.Mozius de contract.titu.de diuis.mand.num.26. vol.2.egregie,& latè cōfirmat Alciat.consil.9.lib.9.& in l. vel singulis.de vulga.Zanc.in d.§. cum ita. num.545.& in terminis, in quibus versamur in concessione facta cōiugibus,& cuilibet eorum, pulchrè Salazar de vsu & consuetu.c.4.nu. 20.videndus.

QVAMOBREM Si vnus 745
ex coniugibus , vel successoribus alterius Baroniam integrā voluisset retrahere integro pretio persoluto,teneretur respectiuè alteri cō iugi , vel eorum successoribus cōmunicare dimidio pretio ei repenso:iuxta Paul.consil.231.libr.1.latè Soci.consil.16.lib.4. & relati à Tiraquel.sup.§.1.glos.6.numer.37.&
deficientibus † successoribus alte- 746
rius ex cōiugibus integra Baronia ex iure non decrescendi ad successores alterius pertineret: Alexand. consil.22.nu.11.& relati a Magon. decis.lucen.8.n.1.Eman.Castré.de anno.ciui.d.notab.12.

CVM Itaq. prędixerimus,†ex fi 747
gura,cortice,& rigore verborū, & esséntia distributiui cuilibet,vnicuique ex coniugibus,& vnicuique ex successoribus illorū ius luendi esse attributū:impossibile est, nō fateri

 ingenuè

ingenuè gratiam non fuisse extinctiuam, sed translatiuam, cùm ex extinctione iuris luendi in eo nullum ius, & vtilitatem consequantur Ioannes, & successores, & Baronia ab illis absolute subducatur, & tollatur per vocatos in vinculis (si vincula subsistunt) vel (illis non subsistentibus) per Contesinam habentem (tanquam dominam) liberam facultatem disponendi de Baronia, & excludendi à succesione illius maritum, & successores.

PRECISE Igitur fateri
748 oportet, † (vt propria significatio distributiui cuilibet seruetur) gratiam cesionem continere: cum ita interpretando eximia vtilitas, scilicet ius redimendi, & illius præsidio, & medio Baroniam posidendi transfusum sit, & ius quæsitum Ioanni, & vnicuiq; ex successoribus illius. Et ita vides primum fundamẽtum efficax esse desumptum ex rigore verborum, quibus vsus fuit Serenisimus Rex ad insinuandum, quibus personis gratiam con cesserit. Accedamus ad secundum desumptum ex rigore verborum, quibus insinuauit, quo fine præfatis personis gratiam fuerit elargitus.

DVODECIMO Mirificè concinit, ad constabiliendum opinionem, quam tuebor, gratiam esse translatiuam ex rigore verborum, quoniam gratia facta fuit con iugibus, & successoribus his verbis expresse cõscriptis, vt nominati in ea *libere, potenter, & irreuocabiliter Castra posiderent.* Quæ verba † idem 749
important, & inferunt, ac si dictum fuisset, quod in pleno dominio absque vllius hominis contradictione in totalitate libertatis Castra posiderent. Cic. de fato. ibi. *Qui introducunt causarum seriem sempiternam, hi mentem hominum voluntate libera spoliatam fati lege deuinciunt.* glos. ver. liberi. Clem. fin. de sepult. & clem. fin. de ætat. & qualitat. Alexand. consil. 4. numer. 5. in 2. Aymon. cõ sil. 122. numer. 5. Dec. consil. 360. numer. 5. Gozad. Aretin. Soc. Calcan. Ruin. & multi relati à Menoc. q. 7. num. 34.

SED Coniuges, & successo-
res eorum multis ex causis contra 750
dictionem pati poterant: ne Castra liberè, perpetuò, & irreuocabiliter posiderent. Altera ducebatur à iure redimendi competente Regi, cuius virtute poterat Castra ab eis redimere, quoad proprietatem, & possesionem, vt prædixi.

SECVNDA Verò originem ducebat à vinculis, & maioratu Ramiri, quorum virtute vocati (mortua Contesina sine filiis) poterant auocare Castra, & contendere illis esse delata; sicuti antea in contentione iudiciali deduxerunt, & nunc deducunt.

TER-

TERTIA Verò obsistit simul cùm duabus superioribus solùm Ioanni de Villalpando, cuius meritis, & contemplatione gratia facta fuit, & cui propterea, & suis vrgentius, quam Contesinæ, & suis quæsitum ius, & vtilitatem ex gratia oportere esse diximus, scilicet voluntas libera Cótesinæ, quæ Rege etiam non redimente, & vinculis etiam non subsistentibus (tanquam domina Baroniæ) liberè eam relinquere poterat cui vellet, & ita efficere, ne Ioannes, & successores vllo tempore Baronia fruantur.

751 SED Interpretando † gratiá regiam (sicut aduersarij volunt) vt extinctiua sit iuris luendi, est impossibile, quod coniuges, & successores liberè, perpetuò, & irreuocabiliter Baroniam, & Castra possideant, sicut gratia expressis verbis cantat. Quoniam licet per extinctionem iuris luendi tollatur contradictio, quæ inferri poterat coniugibus, & eorum successoribus ex iure redimendi, quia illo extincto non possent illius virtute auocari Castra ab eis. Veruntamen illorum possessio posset vindicari à vocatis in vinculis (vt nuper aduerti:) & à Ioanne, & successoribus ex sola voluntate Contesinæ aliis Baroniá deferenti fieri poterat, ne vnquam illam possiderent. Quanto magis ne in totalitate libertatis pleno iure, & irreuocabiliter ea fruerentur.

SI Verò fatemur † (prout præcisè fateri oportet) gratiam non fuisse extinctiuam, sed translatiuá iuris redimendi: omnes contradictiones cessant, & Regis transferentis ius luendi, & in necessarium antecedens abdicantis à se facultatem redimendi (vt infra deducá) & vocatorum in maioratu Ramiri. Quoniam coniuges, & successores retrahentes † virtute iuris luẽdi cessi vincula omnia dissoluunt, & perimunt, liberaq; Castra consequuntur: Bart. in l. in diem. de aqua plu. arcen. in l. fin. de publica. in l. lex vectigali. de pignor. Deci. Bertran. Curt. Tiraquel. Moline. Osac. Frecc. Pinel. Garsia relati à me ad finem primi articuli huius quintæ partis, versiculo ex anteacta. 752 753

CESSABIT Tandé † vltimo contradictio, & impedimentum: ne Ioannes, & successores fruerẽtur Baronia, quod originem habere poterat ex voluntate libera Contesinæ Baroniam in alios alienantis. Quoniá cùm per translationé ius redimendi fuerit translatum in Ioannem, vel quia eius cõtemplatione gratia facta fuit, vel ex natura distributiui cuilibet: & contradicente Contesina poterant Ioannes, & eius successores Baroniam redimere, & irreuocabiliter eam, & pleno iure possidere: iuxta illa, quæ prudenter aduerti in decimo fundamento, vbi Lectorem remitto num. 723. & seq. 754

ITA

755 ITA (huiusmodi † rationem absoluédo) gratia Regis non extinctiua, sed translatiua dicenda est. Quia cum libere, potenter, & irreuocabiliter Castra possideri non possint à nominatis in gratia, nisi omnibus tribus impedimentis sublatis, & per extinctionem vnum tantum tollatur, per cessionem omnia (supposita potestate) omnia subducere voluisse dicendum est, cedendo, non extinguédo, vt libere, potenter, & irreuocabiliter (sicut pręcepit verbis claris) possessio Baroniæ nominatis in gratia conseruetur. l. si quando. C. de inoffic. testam. cófirmat late Crotus cósi. 61. num. 3. Alex. consil. 102. nume. 1. & pulchre consil. 216. lib. 2. Dec. cósi. 602. num. 9. late Roma. consi. 326. num. 3. & latius Petr. Surdus consi. 50. nume. 27. consil. 193. numer. 18. consil. 220. nu. 8. consil. 245. nu. 3. consil. 271. num. 22. Verum oportet iam accedere ad explicationé eorum verborum, in quibus aduersarij iecerunt fundamenta sua, sed male fixerunt pedes, sicut sunt verba: *Absoluimus, liberamus, remittimus, & relaxamus.*

DECIMOTERTIO Non
756 † minus verè, quam vrgenter confirmat iustitiam, quam tuemur verbum: *Absoluimus*. Quoniam cùm referatur ad cóiuges, & illorum successores, & cuiuslibet eorum, est impossibile (nisi gratia translatiua sit, & non extinctiua tantum) quod huiusmodi verbum verificari vllo modo possit.

RATIO Est euidens. † Quo 757
niam priuatio præsupponit habitú l. decem. de verbor. oblig. vbi omnes. Cephal. consi. 93. & ex Menoc. Marzario, Ripa. & Rimin. Magon. decis. lucen. 59. numer. 9. & 74. numer. 1. Et ideo absolutio, & liberatio refertur ad obligatos: Rui. consil. 13. numer. 9. in 3. Et in terminis, in quibus versamur ad probandum hæc verba cessioné producere. Surd. consi. 244. nume. 16.
Cum igitur † Serenissimus Rex ab- 758
soluat, & liberet cóiuges, & successores iuris luendi: ita absolutio præsupponit in necessariú antecedens, quod ipsi sunt obligati Regi, aut actione personali, aut saltem actione reali: quia possessores bonorum sunt.

VTRVMQVE Autem † 759
est falsum. Primum, quia successores Ioannis, & Contesinæ non sunt successores Vicecancellarij, qui pactum redimendi concessit, vt in eos tanquam in successores obligatio personalis à pacto descédens translata esse dicatur: iuxta l. si pactum. ff. de probatio. Secun-
dum † vero falsius multo est, quo- 760
niam si gratia Regis extinctiua fuit iuris luendi: successores Ramiri possidebunt Castra, vinculorum virtute, vel successores Contesinæ vinculis non subsistentibus. Non vero Ioannes, neque successores eius (vt sæpenumero admonui.) Ergo verba: *Absoluimus, & liberamus*, ad successores cuiuslibet ex con-

cõiugibus in gratia ineptissime cõ scripta essent, cùm impossibile sit effectum absolutionis, & liberatio nis producere erga non obligatos personali, neq. reali actione.

QVOD si profiteamur cessiõ nem iuris luendi gratiam contine re, verba superiora aptissimè conscripta reperientur, quoniam virtu te pacti de retrouẽdendo cõiuges, & illorum successores domini, & possessores Baroniæ effecti, illius possessores pacifici erunt: absoluti tamen, & liberati ab onere iuris luendi, cui castra & possessores illorum Serenissimo Regi antecesso ri erant obligati. Vt explicat tuendo Bartolum, declarando difficultatem à cumano excitatã, Sarmien to in l. qui duos. num. 1. de legatis

761 1. Et pũctim † verbum *absoluimus*, cessionem producere, & non extinctionem profitetur doctissimus Bartholomeus Socinus ex ea ratio ne, quod priuatio habitum supponat in elegantissimo consilio. 34. à principio quem sequitur Deci. in l. si actionẽ. C. de pact. Petrus Surdus consi. 133. n. 22. & seq. & consi. 244. nu. 16. & seq.

DECIMOQVARTO mi rificè insinuat iustitiam quam foue

792 mus (asseuerando † gratiam Regiam cessionem continere, & non extinctionem tantum) verbum *liberamus* in gratia conscriptũ (præter omnem spem aduersariorum con trarium ex eo ineptissimè deducẽtium). Oportet tamen pro euersio ne sententiæ illorum, & nostræ sententiæ confirmatione animad-

uertere † actus factos intercedente pecunia, & factos intercedenti- 763

bus meritis æquis gressibus incede re. Referam ego duo exempla, quo rũ vltimũ ineuitabiliter insinuabit vocem hanc *liberamus* in gratia Regia conscriptam, cessionem iuris luendi, non vero extinctionem tantum peperisse.

RECEPTISSIMVM est

enim † in donatione facta alicui, 764

& descendentibus perpetuò, gradualiter. & successiue tot donationes cẽseri factas, quot sunt personę vocatæ, omnesq. emolumẽtũ percipere ex lege primæ inuestituræ à primo donante: propterea q. vnũ ex vocatis alteri præiuditium inferre non posse: Oldra. consil. 95. Paul. consi. 164. nu. 5. vol. 2. Chasa. consi. 33. nu. 55. pulcrè Dec. consil. 283. Aym. consi. 19. nu. 8. Xuar. in q. de maioricatu. nume. 15. Couar. lib. 1. resol. c. 14. Molineus in consuetud. §. 22. nu. 83. Gabr. cõsil. 115. Angulo de melioratione. l. 11. glo. 3. nu. 3. pag. 565. Molina de Primoge. lib. 1. c. 1.

VERVNTAMEN hoc pro

cedit, † quoties is qui plurib⁹ dedit, 765

dedisset illius gratuitò, secus si accepta pecunia a primò acquirẽte. Quoniam in hoc casu à primo acquirẽte dicerẽtur omnes suscipere, non a primo donante; adeo vt primus acquirens, quæcumquê onera, & præiuditia inferre posset

Ec vocatis,

vocatis; Bal. in c. 1. in fine per quas person. Areti. & Curt. quos refert
766 fulgentissimũ † Italiæ sidus, immaculatæ conscientiæ, & summæ sapientiæ vir (teste Pedrocha consi. 1. num. 309. & consi. 3. num. 150. & consi. 7. nume. 209.) Iacobus Menoch. consi. 168. nume. 69. vbi elegantem rationem adducit.

767 ID verò quod omnes † resolùunt in donatione facta ob pretiũ a primo acquirente exsolutum, verissimũ esse profitētur in donatione facta ob benemerita, & seruitia primi acquirentis. Quoniam cùm merita pecuniis non sint inferiora, sed illis æquentur; illi cuius merito rum cōtemplatione facta fuit gratia, quæritur ius, & ab eo omnes vocati dicuntur accipere, perinde ac si pretium exoluisset: pulchrè Nata consi. 475. nu. 5. & cons. 674. num. 14. Menoch. consi. 158. num. 68. & 69. & consi. 161. nu. 10. Rim. Iuni. consi. 18. nu. 4. vol. 1. optimè Ferron. in Cōsuet. Burdegal. lib. 2. tit. 8. §. 17. versic. 12. pag. 287. Bursat. consi. 138. num. 4. Surd. consi. 164. num. 35.

SECVNDVM exemplum
768 † conferentissimum decisioni proposite, & veritati, qua innitimur est. Quoniã sicut quotiescumq. creditor concedit liberationem debitori suo propter pecuniam sibi à fideiussore, vel ab alio exsolutam: licet debitor maneat liberatus ab ipso creditore principali; non tamen manet liberatus ab eo, qui soluit pro eo, qui ab eo repetere potest. Videtur enim pro eo soluendo, nō illi dedisse, sed obligationem, qua astrict⁹ erat priori creditori ab illo emisse, & ideo soluendo creditori illi⁹ loco substituitur: vt a debitore exigat, quod creditor exigere potuisset. Cum non animo donandi, sed repetēdi pro eo soluisse videatur. l. Modestinus, de solutio. vbi Bar. & omnes. de solutio. textus expressi si non cauillentur (vt inquit Bar. in d. l. Modestin⁹. n. 4.) textus (inquam) expressi in l. cum is qui. l. vt fideiussor. de fideiussor. Giold⁹ in l. reos. de duob. reis. nu. 54. Cuchus de morat. præscrip. nu. 13. Rebuff. de priuil. Schol. priui. 172. nu. 2. Monticulus de inuentar. c. 9. nu. 9. num. 72. Mandos. de monitoriis q. 50. Conducunt notata a Molina de Primoge. lib. 1. c. 29. nu. 9. & 10. & c. 10. n. 26. & a Garcia de expensis. c. 11. n. 50. & tradit † doctissimus 769
Gutierrez de iuram. cōfirmatorio. c. 63. nu. 12. Cuius selectissimè, & vtilissimæ quæstiones, & omnia opera, & pulcher, & facilis ordo in dicendo, & Hispanorum Iurisconsultorum, quos refert ea lectitanda, doctissimorum hominum animos alliciunt, impellunt, & flectunt.

EX ratione suprā expēsa, † quo 770
ties propter benemerita fideiussoris, vel eius, aut alterius cōtēplatione creditor cōcedit liberationē debitori: hæc liberatio intuitu eius

cuius

cuius cõt emplatione facta extitit, cessionem actionum producit, sicut si pecuniam exoluisset pro debitore: ne meritis suis orbatus maneat. Quoniam illa seu valor eorũ abesset ab illo, vt cessionis virtute, quam liberatio produxit, idem cõsequatur, quod consequi potuisset creditor, si liberationẽ minimè cõcesisset; tex. singol. in terminis. in l. si vero non remunerandi in principio. ff. mandati: vbi verbum *remissit*, cessionẽ produxit, nõ extinctionã respectu ei⁹, cuius meritis facta fuit remissio. Pro quo est de verbo *liberam⁹*, tex. in terminis in l. itéq. §. fin. ff. mandat. & vtrobiq. DD. & d. l. si vero non remunerãdi in hãc rem clarè expẽdit Hyppol. in rub. de fideiusso: num. 3, 2. quem confirmare poteris ex l. licet. ff. de iure dot. ex l. si is qui duos. de libe. lega. & ex animaduersis a Menoch. lib. 3. præsum. 140. nu. 6.

EX quibus deprehenditur li-
171 berationẽ, † & remissionẽ impertitam ab onere redimendi à Serenissimo Rege (cùm ob benemerita Ioannis impensa fuerit ne maneat orbatus meritis suis) liberationem produxisse erga possessores Baroniæ, contulisse tamen Ioãni ius redimendi, & cessionem illius induxisse, vt sic videant, intueantur & conspiciant aduersari, frustra satis in discrimen adduxisse: vtrum gratia per verba *liberamus*, vel *cedimus* conscripta sit, quoniam vtrumquè verbum cessionem, non vero extinctionem producit.

DECIMOQVINTO vr-
gentissimè † conuincam ex eisdem 172
verbis *liberamus, remittimus, & relaxamus*, gratiam translatiuam esse, non extinctiuam tantum, animaduertendo prius Serenissimum Regem, non solum verba *liberamus, & remittimus*, retulisse ad personas, sed ad loca ipsa, liberando illa, nõ simpliciter ab onere redimẽdi, sed ab onere redimendi, quo tenebantur Regi, & successoribus. Sed id contingere est impossibile, nisi gratiam dicamus esse translatiuam, quoniam cessio, & non extinctio iuris luendi potest hunc effectum producere; ergo gratia translatiua dicenda est.

HVIVSMODI † propositio 173
nem, vt perfectissime probem, animaduerto, hic repetenda esse omnia, quæ in nouo fundamento copiose deduxi, quæ in effectu continent. Renuntiationẽ esse odiosam, strictissimi iuris, & idcirco nõ posse protendi de vna re ad aliam, de vna causa ad aliam, de vno iure ad aliud, & multo minus de vna per-
sona ad aliam. Sicq. † esse penitus 174
nullam, quando illi cuius contemplatione facta est, prodesse non potest, quia alij profutura nõ est. Quĩbus adde Aym. vbi sũt rationes in consi. 1000. nu. 417. Sed elegãtius Beccius consi. 74. a numer. 20. cũ sequen. vbi inquit renuntiationem factam ob vnum effectũ limitatũ effectum producere, & eo non sequuto effici caducam: quia certis

finibus circunscripta non protenditur vltra illos. Et ideo ostédi † clarius sole gratiam Regiam, si extinctiuam eam dicamus, esse penitus nullam. Quoniam per extinctioné non potuit, nequè potest prodesse Ioanni, cuius contemplatione facta fuit, nequè illius successoribus, sed aliis quorum contemplatione facta non fuit.

775

NVNC illis addo, renuntiationem † inutilem existenté ex supradicta causa adeo nullam esse, vt si nó possit prodesse ei, cuius cótéplatione facta fuit, detur regressus renuntianti ad ius renuntiatú, perinde ac si renuntiationem non fecisset. Et enim hæc resolutio receptissima, & exemplum cómune traditur in filia † renuntiante hęreditati paternæ, contemplatione, & meritis fratrum suorú. Quoniam si illi præmoriantur, vel renuntiét hęreditati patris, vel pater instituit hæredes extraneos (cùm ex renuntiatione eorum contemplatione facta vtilitaté percipere nó queant) filiæ datur regressus ad successionem patris renuntiatam perinde acsi non renuntiasset, Bald. in l. pactum quod dotali. num. 3. C. de collationib. Salice. & Dec. nume. 9. in l. pactum. C. de pact. Ang. post antiquiores in l. actio. ff. de pactis. & ibi Ias. num. 4. de pact. dicit notabile Aretin. in l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. Dec. consi. 31. Areti. Alexand. Ruin. Bertran. & relati a Gabriele concl. 1. de dot. promis. num. 76.

776

777

QVIA semper † inest conditio in renuntiatione, si ille cuius cóntemplatione facta est, velit, & possit vtilitatem percipere: Crotus pulchrè cósi. 89. Rom. cósi. 472. Alex. consi. 3. vol. 5. quem & alios refert Corbulus in tit. de cau. priua. ob renunt. post Bart. l. qui romæ. §. duo fratres. q. 10. & ibi omnes de verb. oblig. dicit communem Paris. consil. 26. vol. 3. Soci. Iun. consil. 184. num. 15. in 2. Ruin. consil. 204. nu. 3. in 1. Aym. consi. 42. Couar. in c. quamuis pactum. 2. part. §. 3. num. 4. & ibi Gutierr. in prin. num. 146. Petrus Surdus pulchrè consil. 23. nume. 22. & 23. & latissime consil. 244. per totum, & in tract. de aliméntis. tit. 2. q. 15. nú. 91. fol. 113. Menoch. in addi. ad primam parté impressionis Tauriné. lib. 3. de præsúptio. pręsumptione. 147. num. 16. vbi neminé refert nisi Gutierrez, & in hoc nemo dubitat Tello Fernan. in l. 6. Tau. num. 44. & nouissimè Io. Fránc. † Aponte in Supremo Italiæ Prætorio dignissimus Regis inuictissimi Consiliarius, consi, 39. num. 1. & consi. 40. num. 8. & latissimè & elegántissimè Beccius consil. 74. a numer. 20. vsq. 24. Et in diuersa materia Flam. Paris. de resig. benef. lib. 1. quæst. 3. nume. 58. & q. 14. a princip.

778

779

CVM igitur sepenumero † prædixerim, & lucidissime demonstrauerim ex huiusmodi gratia Regia, si extinctiuam eam dicimus, nullum emolumentum percipere potuisse 780

tuisse Ioannem de Villalpando, cuius meritis, & contemplatione facta fuit, neq. successores suos: non solum renuntiatio iuris redimendi, & eius extinctio esset nulla ex deductis copiose in nono fundaméto: verum ex receptissima resolutione nuper tradita Serenissimo Regi, & eius successoribus fatendũ est competiisse, & competere ius redimendi Baroniam, perinde ac si gratiam nõ fecisset. Quod cúm ita sit (dicendo gratiam extinctiuam) loca non fuissent liberata ab onere redimendi, quo tenebantur ipsi Regi, sed illi supposita permansissent contra expressa verba gratiæ. Igitur ne id contingat contra mentem Regis, & expressa gratię verba asseuerandum est, gratiam cessionem iuris redimendi cõtinere, per quam nominati in ea, & castra in ęternum liberata permanebunt ab onere redimendi, quo tenebantur Regi, & successoribus, sicut gratia expresse decernit, & probabo ipse ineuitabiliter in sequenti fundamento, in quo demonstrabo verba *remittimus, & relaxamus* cessionem iuris luendi in fauorem Ioãnis, & nominatorum in gratia produxisse.

DECIMOSEXTO singu
781 larissime, † & ineuitabiliter iuditio meo aperiam, & probabo, verba, *remittimus, & relaxamus*, non extinctionem iuris luendi tantũ, sed verissimè, & propriè translationẽ, & cessionem illius in Ioannem cuius contẽplatione gratia facta fuit, peperisse, & quamuis ratio hęc aliquantulũ cohęreat materiæ antecedentis, vrgentius tamen, & excellentius probat assumptum hoc.

SED initio animaduerto, † pa 782
rum linguæ Latinæ proprietatem caluisse Iurisconsultos, qui arbitrãtur vocem *renuntiare*, extinctionẽ iuris renuntiati tantum inferre, non translationem illius in alterũ, & vocem *cedere*, non solum abdicationem iuris proprij, sed translationem illius indicare. Quoniam plerumq. vna vox pro alia accipitur, ita vt sæpenumero inter se confundantur: Alphonsus Soto super reg. Cancell. Boniff. 8. versi. cõsideret. Rebuff. in concordatis. Rubr. de regular. ad prel. nomin. fác. §. Monasteriis in versi. cessionem. Mandos. designat. gratiæ. tit. Regressus & accessus. col. 2. versi. illa verba, & ex Cicerone, Iulio Cæsare, Virgilio, Quintiliano, Budeo, & aliis probatissimis authoribus ita profitetur elegantissime, & copiosissime dicens communem Flamin. de resign. beneff. lib. 1. q. 1. a numer. 66. vsq. ad num. 74. videndus.

VERUNTAMEN ne versemur in æquiuoco, referam ego duos casus probatissimos ab omnibus dempto nemine. Quorum primus insinuabit manifestissime, vocem *cedere* liberationem, & renuntiationem tantũ inducere non trãslationem iuris renuntiati, & extincti. Secundus vero apertissimè ostẽdet vocem *renuntiare* cessionem, &

 transla-

translationem iuris renuntiati producere, non vero extinctioné, & emoritionem iuris renuntiati tantum.

ITAQVE asseuero, quòd sicut † huiusmodi voces, *cedimus, & transferimus*, earum natura, & propria significatione producunt tantummodo liberationem, remissionem, & extinctionem iuris cessi, & non illius cessionem, quando cessionem, & translationem operari non possunt ad vtilitatem, & commodum illius cuius contemplatione cessio facta est; sicut receptum est ab omnibus in cessione † obligationis personalis facta à creditore debitori, in quo (cum non possint subsistere simul ius debiti & crediti) cessio cessionis vim obtinere nõ potest, & propterea ne inutilis sit, cessionis actus ita interpretatur, vt liberationem, absolutionem, & remissionem crediti producat, perinde ac si actus verbis extinctionem, & liberationem, non vero cessionem inferentibus factus esset. l. vranius. de fideiusso. pulchre Salicet. in l. 1. q. 21. C. de actio. & oblig. Alexan. in l. Senatus. §. legatũ. de lega. 1. Et eleganter in terminis Ruinus consi. 119. num. 19. vol. 2. & consil. 17. num. 8. vol. 4. & consi. 88. num. 6. volu. 5. cuius authoritas eximia est, Menoch. de arbitrar. casu. 137. Magon. decis. Florent. 99. numer. 21. Gallesius de exercit. iur. lib. 1. nume. 25. & eum sequitur in dictis cõsilijs Pereg. articu. 52. nume. 34. & cum eo eandem sententiam tuetur Freccia de subfeudis folio 170. numero 108.

783

784

ITA similiter † à contrario quãdo actus concipitur per verba renuntiationis, relaxationis, & remissionis: & per extinctionem remissionem, & relaxationem, non possunt consequi finem suum contrahentes: quia extinctio, & remissio non prodesset illi, cuius contemplatione facta fuit: vt prosit, & finẽ suum contrahentes consequantur, actus factus per verba, & viam abdicatiuam, & extinctiuam assumit naturam actus translatiui, & cessionem producit, & operatur. 785

EXEMPLVM clarissimum † aptissimũ rei de qua agimus, & receptissimum ab omnibus est. Quotiescũq. filia habens plures fratres renũtiat hęreditati paternę, vel maternę. Certũ est enim ex renũtiatione, quæ solũ effectum abdicationis iuris sui in præfata successione cõtinet, ius æquale, ex iure nõ decrescẽdi omnibus fratrib⁹ esse quęsitũ Verũtamẽ † quotiescũq. renũtiatio non fuisset pura, & simplex, sed facta cõtẽplatione meritorũ vnius ex fratribus, vel meritorum patris, omnes resoluũt cessionis, donationis, & translationis vim obtinere, quia cũ cõtẽplatione vnius facta sit præfata renũtiatio, illi soli prodesse debet, cuius cõtẽplatione facta est, & nõ alteri: vt copiosissimè cõfirmaui in 9. & 14. fundamentis. 786 787

ANI-

788 ANIMADVERTVNT† autem interpretes, id esse impossibile, si renuntiatio filiæ solum extinctionem, emoritionem, & abdicationem iuris renuntiati contineret. Quoniam omnes fratres ab intestato succederét in iure sororis, & non pater solus, vel vnus ex fratribus, cuius cōtemplatione renūtiatio facta fuit. Quamobrem cúm per viam abdicatiuam illi soli, cuius contemplatione facta fuit remissio, relaxatio, & renuntiatio, nō possit quæri ius: in necessarium antecedens voluntatis renuntiantis, renūtiatio, & remissio operatur donationem, cessionem, & translationem iuris renuntiati, vt eo ille solus fruatur, cuius contemplatione, & meritis renūtiatio facta fuit. Vt
789 sic videas, ea quæ dicuntur, † renūtiationem solum extinctioné operari, non cessionem iuris renuntiati, procedere in renuntiatione pura, & simplici, secus in qualificata facta contemplatione meritorum
790 alicuius, quoniam tunc, † ne ius renūtiatum ad alios defluat, includit, & vocat illum, cuius contemplatione facta fuit, et cessionis vim obtinet.

791 HANC resolutionem † elegātissimam probat Bal. in l. pactū. q.8.nu.6.de collation.& ante eum glosa Pau. & pulchre Dec. num.3. & 4. differentiam faciens inter renuntiationem simplicem, & qualificatam, vt prima extinguat, secunda includat, & cedat. in l. si actioné C. de pact. Pau. optime consil.252. nu.2.vol.1.& Alex.consil.149.nu. 5.vol.7. Sed elegātius omnibus Socin.consi.34.vol.4.à prin.docés.† 792
Quotiens per viam abdicatiuam non consequitur vtilitatem ille solus, cuius contemplatione fuit facta renuntiatio, renuntiationé cessionem producere. Idem tuentur Ruinus consi.98.nu.16.vol. 1. Paris.consi.26.nume.27.& 31.in 3.& consi.69.nu.73.eod.vol. Boer.decis.184. nu. 4. optime Ripa in l.re coniuncti.de leg.3.nu.110. Crotus consi.89. Veroi.consi.97.nume.6. vol.1.Meno.consi.6.nu.15. Misingerius Centuria.5. obseruatione. 85.Hie.Gabriel.consi.11.consi. 88. nu.21.& 89.nu. 7. Aurel. Corbul. de caus.priuatio.ob renunt.nu.37. 38.39. Vbi sequitur glosam in d. l. si actionem, & Bald.& Paul. supra relatos, & Alex.licet male eam referat, & Paul. Alex. Dec. Ruin. & Parisiū sequutus idem a peritissime profitetur. Viuius decis.316. n. 4.Rol.consi.26.num.34.in 3. Sarmiento in l.qui duos reos. num. 1. de legat.2.& neminê ex his relato idem elegāter tuetur, quod renuntiatio cessioné producat, vt suprà dixi Aym.consi.471.per totum, & multis ex his non relatis elegantissimê in terminis videndus Petrus Surdus consi.133.nu.22.& 23. pulchrius & copiosius consi.244.per totum, qui precor videatur, qui.n. 16.inquit, præmaximè id procedere, quoties ob merita alicuius renuntiatio facta fuit. Quoniam nisi cessionem hoc casu renūtiatio pro-

duce-

ducerent: vnus merita seminaret, alius meteret, & colligeret fructus retributionis, quod absurdissimũ esse docet, & ratio naturalis aperte insinuat: vt multis confirmat, & exornat Menoch. videndus consil. 390.nu.44.& 45.referens inter alia illud Virgil. sic vos non vobis fertis aratra boves.

793 PRÆSERTIMQVE id amplectitur † Soc.d.cons.34.si cũ verbis, *renuntiamus, & remittimus,* verbum *absoluimus* esset conscriptũ vt in præfata gratia, ex ratione, quã deduxi in 10.fundaméto: maximè
794 † intercedente acceptatione, facta ab eo, cuius contemplatione fuit renuntiatio cõcessa: Soc.supra, vel à Notario, qui tanquam authentica persona potuit illi ius quærere Couar.lib.1.resolu.c.14.Tiraq. de constituto.3.part.limit.30.n.4.Rolan.consi.19.nu.4.in 1.Soc.Iun. relatus à Menoch.consi.92.n.67. in prin.Velas.consult.55.n.3.

795 HIS fundamentis † verissimis, & solidissimis sic iactis prædixi sæpenumero, gratiam hanc contemplatione meritorum Ioannis factã extitisse, & per viam abdicatiuam, & extinctiuam nullam vtilitatem, & emolumentum consequi Ioannem, & successores potuisse. Quoniam cum ipse non esset dominus Baroniæ, sed Contesina, & Rex id aperte profitetur in gratia; ipse nõ poterat consequi vtilitatem possidendi Baroniam liberè non supposita m o[..]eri redimẽdi extincti, sed ex extinctione vtilitas ad alios defluebat, quàm ad Ioannem: ad vocatos scilicet in vinculis eis purificatis, & subsistentibus, & eis non subsistentibus ad illos, quibus Contesina (tanquam domina Baroniæ) illam relinqueret. Sicquè Ioãni nullum beneficium esset collatum per extinctionem in iure redimendi extincto, neq. in Baronia. Id vero ne contingat, vt illi prosit gratia eius contemplatione facta, quamuis verbis extinctiuis tantũ concepta esset, cessionem, & trãslationẽ iuris redimendi indubiè produxit; cùm per viam abdicatiuam meritorum retributionem operari nõ possit, & per cessionẽ istud operetur. Cũ præsidio iuris luẽdi cessi Ioannes, & successores consequi potuissent, & possint Baroniam liberè, & irreuocabiliter; iuxta ea quæ animaduertimus latè in decimo fundamento.

DECIMOSEPTIMO † penitus indubitabilem reddit resolutionem superiorem verbum *transferimus*, conscriptum in gratia, ibi *& dictum ius luendi nobis competens, aut competere potens in prædictis, aut circa ea cùm præsenti carta perpetuò valitura in vos dictos coniuges transferimus. eaq. vobis gratiosè donamus.* 796

SED verbum, † *transferimus,* cessionem iuris translati inducit, 797
cessionẽq. significat, tex. expressus in l.2.de noxalib9.l.itẽ cũ.l.seq.de alien.iud.adeo vt ius translatũ cessum proprie dicatur.l. cũ infundo

§.si vxor

§.si vxor in fine.ff.de iure dot.quę iura citat in hanc rem Rebuff. in l. 206.de verb.signific.pag.95.& si
798 gnificatio† propria vocis *transferre* est ferre de vno in alium rem, cui adiicitur, siue sit dominiũ, siue pos sessio, siue actio, aut ius non vero extinguere. Quod vero extinctum
799 † est, cum nulla ratione ferri possit de vno in alium, est impossibile, quod verbum *translatum*, verificetur in iure extincto; sed in iure cesso, quod de vno in alium traducitur, & effertur, vt scitissime, & latissimè multis confirmat Rebuffus supra.

800 SED & apertè probat, & demõstrat titulus de adimendis, & transferendis legatis, vbi tanquam diuersa ponitur ademptio, quæ legati extinctionem inducit, & translatio, quæ traductionem de vno in alium significat, vt Rebuffus ibi aduertit, & Petr. Gregor. in Syntagim.iur.lib.42.c.33.nume. 21.& aperte Bal differentiam faciens in
801 ter remissionem, † extinctionem, & translationem in l.maritis de vsufruct.& Molina egregiè §.3. glo. 5.a nume. 30.& Tiraq. de retract. lign.§.1.glo.7. num.62.& pulcher rimè Soc.vidẽdus in l.3. §.in amit tenda numero 12. de acquirend. possess.

802 ET cum cessio † vere ita definiatur: vt sit translatio dominij, iu ris vel actionis alicui competen-
803 tis in alium: modusque† sit cessio, per quam incorporalia iura in alium transferuntur ex proprietate verbi *cedere*. Vlpia.in fragmen.ver sicu. in iure cessio. Brison.de verbor.sign.verbo.cessio.& lib.1. Select.antiquit c.7. Othoma.de verbis iur. verbo alienare & ad ll. 12. tab.c.4. Prateius in thesau.iur.ciuil.verbo.cedere. Reuard. ad leg. 12.tab.c.16. Vlpia. titul. 19. & ibi Cuiac. Gueuara in Topic. Cicer. §.16. num.26. impossibile est, non asserere, & fateri verbũ, *trãsferimus* propriissimè cessionem induxisse: maximè cum in præfata gratia non solum † ius suum Serenissimus Rex transtulerit, sed a se ipso illud penitus abdicauerit, relaxauerit, dimisetit, quod de natura, & essentia cessionis est, vt supradictos referens eleganter declarat Eman.Castrensis in l.cum oportet 2.p.nu. 119. versi. mihi autem videtur fol.54.& 55.C.de bonis quę liber.& præter eum Antonius sola (quem dicit I. C. excellentissimum Raud.de Analog.in appendice 3.p. num.45.) in tit.de iure emphyt. prima partes glos.5. numer. 7. fol.15.dicens ex Aym.cons.961 *Quoniam translatio* (inquit) *vniuersis iuris abdicationem cum translatione denotat, concessionis vero ius, non ex glossa in cap. 1. commodati* cum aliis ibi relatis. 804

EX quibus verè, & solidè deprehenditur, gratiam superiorem ex rigore, & proprietate verborum cessionẽ cõtinere, cui semper hærendũ est, maxime in regno vbi

ſtandum eſt cartæ,ita præcipientibus foris decernẽtibus literæ hærendum eſſe, & ſecundum eam iudicandum : ſicut profitentur de foris Regni noſtris loquentes Alcia.conſilio 96.numero 17. Veroi. conſil.120. numer. 9. in 2. Rolan. conſil.51.nume.12.& 13. volum.3. Menoc.conſil.325.num. 17. Iacobus Bereta conſil.74.nu. 22.Ruſt. in tract.quádo filij in conditione poſiti lib.4.c.4. nu.15. & de ſimilibus ſtatutis,& eorum effectu, ne à litera recedatur,Mantica.Menoc. Pret. Stepha. de Federicis Camil. Gallin. Oratius Carpanus & multi alij à me relati prima parte huius reſponſi verſi. ſed & ſuperior reſolutio in Regno in difficilis eſt.

DENIQVE cum habeamus
806 † caſum inſtrumenti clarũ, res eſt indifficilis, neq; dubitare permittitur,magis quam ſi caſum legis haberemus. Idcirco cauillationes aduocatorum admittendæ non ſunt.

807 DECIMO octauo ceſsionẽ, † & translationem iuris luendi gratiam Regiam continere apertiſsime inſinuat verbum *donamus*, conſcriptum in gratia iunctum,& hærens verbo *transferimus*, idem ſignificanti(vt mox probabimus)quod verbum, *cedimus*. Quoniam ſicut
808 † nuda traditio ſine titulo dominium non transfert in corporalibus l. nunquam nuda de acq. rer. domin.l.traditionibus vbi Doctores C.de pact.Curt.Sen.conſi.74. num.18.Alex.conſil. 170. volu.4. Ripa.lib.1.reſpon.c.2.num.18.Alcia.conſil. 102.num.2.lib. 8. Nata conſil. 285.nu.6.doctiſsimus Barboſa in l.ſi mora.ſolu.matr.nume. 69. Ita in incorporalibus † ceſsio 809
iuris non transfundit illud,niſi ceſſioni adiungatur, & illi hæreat titulus venditionis, aut donationis, vt in propoſito interceſsit l. per diuerſas. C. mandati vbi Pau. nu. 9.Alex.conſil.7.num. 14. in 3.pulchre Ruin. conſilio 72. nu. 2. vol. 1.& cõſil.132. vol.5.Orat.Carpan. in Scholiis ad ſtatuta Mediol. 1. p. c.445.num.51.Parlador.rer.quotid.lib.2.c.fin.3.p.§.4.nume.6. & ſeq. Sicque vides non ſolum † ex 810
mẽte,ſed ex verbis clariſsimis geminatis, verè & proprie ceſsionẽ inferentibus, & ad eam inducendam aptiſsimis, ius redimendi nõ extinctum,& emortuum; ſed ceſſum,& translatum extitiſſe.

DECIMONONO † ſupe- 811
riorem reſolutionem & indicant, & vrgenter probant ea verba, *eaque vobis gratioſe donamus*, quæ cũ
† numeri pluralis ſint, referri non 812
poſſunt ad pactum redimendi, quod numeri ſingularis eſt, ſed ad caſtra, de quibus antea Rex loquutus fuerat per regulam vulgarem l. fin.ad Trebell.

EX his igitur verbis deducitur Regem non ſolum tranſtuliſſe, & ceſiſſe ius redimendi, ſed & ca
ſtra donaſſe. Quia † caſtra donare 813
cenſe-

censetur, qui ius redimendi ad ea recuperanda dat, & cedit: Barba. in terminis consilio 51. col.12.in 1. Ioann. Cannecius in extrauaganti. Volentes versiculo sed operepretium fol.30. & verbo quid si fuerit fol. 111. Aret. pulchrè consilio 6. quem sequuntur Gozadinus in l.2. de pact. inter empt. quæstio. 1. numero 35. & ibi Cagnol. quæst. 39. Soc.Iun.consilio 133. volum.1.Molineus.§.22.numero. 12.supposito
814 quod nos sequimur † opinionem Pauli in l.si cum venderet de pign. actio.contra Alexan.consil.10.vol. 1.tãquam communiorem,& in Regno inuiolabili vsu receptam: nempe quod pactum reuendendi producat actionem realem.

815 CVM enim is, † qui rei védicationẽ habet, propriè rem videtur habere l. rem in bonis de acq. rer. domin.reg.qui actionem. ff. de regu.iu.Serenissimus Rex,qui per cessionem iuris luendi contulit ius rei vindicandi Castra, proprie,nõ per fictionem castra dedisse videtur. Impossibile igitur est, quòd gratia sit extinctiua, sed quod cessionem contineat: alioqui non potuisset regis gratia castra donãtis verificari: cùm ea realiter non dedisset (quia possidebantur legitimis titulis à Contesina vt Rex fatetur) nec ius redimendi ad ea irreuocabiliter consequenda,si nõ fuit ius cessum, sed extinctum.

816 HÆC igitur verba ex rigore literæ clarissimè insinuant, & vrgentissimè probant, ius redimendi fuisse cessum, non extinctum, & propter ius vendicandi castra cessum,& donatum, verè, & realiter castra donata extitisse. Quia potuerunt coniuges illorum possessores (reuocabiliter tamen, & resolubiliter)quod sibi dehærat (dominium nẽpe irreuocabile) acquirere ex iure luendi sibi cesso.l.debitori C. de pact. vbi omnes,& referam copiose in solutione secundæ rationis ex aduerso propositæ.

TANDEM licet remissio donatio sit, veruntamen verbum 817
donamus, non simpliciter prolatum, sed relatũ ad castra nõ potest verificari in remissione, præsertim respectu Ioannis,qui non erat dominus, neque possessor irreuocabilis castrorum, & ideo ex extinctione nulla donatio in eum collata dicĩ poterat. Quia neque efficiebatur dominus iuris luendi extincti, neque consequebatur ius possidendi castra libere, non subiecta oneri redimendi. Cùm (vt prædixi) non esset dominus illorum. Idcirco verbum, † *donamus*, relatum ad ca- 818
stra ex proprietate sermonis translationẽ dominij castrorũ infert.§. sic itaq. discretis inst.de actionibus l. vbi.§.final.de verb. obliga. regu. non videtur. ff.de reg.iur.vbi Dec. Cagnol.& comunis Brison. Othoman.Prateius de verb.signifi. verbo. donatio. Bal. in l. cum virum numero. 13.C.de fideicommis.Idque indubium est teste Aretino

consil. 159. numero 15. Soc. consil. 9. n.29. vol. 1. & de sermonis proprietate Nata cons. 496. n. 4. Surd. consil. 184. num. 1. sed per liberationem, & absolutionem, neque dominium castrorum, neque ius aliquod in eum transfertur, sed solú persona renuntiando ab agendo, & a iure suo depellitur, (vt aduersarij fatentur, & latissime deduxi supra in prima ratione contraria versiculo primam igitur.) Ergo vt verbū *donamus*, seruet propriam essentiam suam, gratia nō extinctiua, sed trāslatiua dicenda est, per quam dominium irreuocabile, seu ius illud cōsequendi translatum est.

VIGESIMA ratio vrgens
819 est † superiores maxime confirmās. Quoniam quādo in dubitationem deduci posset (illis non obstantibus) cui verborum significationi esset adhærendum, an significationi verbi *liberamus*, an autem verbi *transferimus*. Omnem prorsus difficultatem subleuat clausula, *omni meliori modo* in gratia conscripta. Fecit enim eam Serenissimus Rex: vt melius dici, & intelligi posset ad vtilitatem prædictorum cōiugum, & successorum suorum, & cuiuslibet eorum.

820 EST vero in difficile † de iure clausulam superiorem efficere: vt omnis actus, cui illa ascribitur, vtilius, efficatius, potētius, & validius quo fieri posit intuitu eius, cuius contemplatione fuit gestus, existimetur; etiamsi (vt huiusmodi effectum actus consequeretur) interpretatio aliter fieret, quam verba expressa ferrent: Bal. in l. Quoties de hæredib. instituent. Iason. num. 20. post Alexandrum & alios in auth. nouissima de inofficios. testamen. Gozadin. consili. 45. num. 16. Dec. 14. num. 3. & 77. nume. 4. latissime de huius clausulæ effectu Ripa in l. 1. §. si quis ita numero 17. & 25. de verborum obligationibus dicens propterea † esse vtilissimum in di- 821
spositione adiicere istā clausulam Curt. Iun. consil. 71. nu. 12. & 142. nu. 16. Aymon. 879. nu. 3. Menoch. 314. nu. 4. Hippolit. Riminal. Iun. 325. num. 8. Prosper. Passeta 89. nu. 4. Veroi. 120. num. 5. in 3. & 135. nu. 4. in 1. Nonius Perusinus 19. num. 8. late Pedrocha. consil. 8. num. 20. & 24. num. 1. Tiber. 41. num. 27. in 2. Raudensis consilio 46. in additione.

DENIQVE prædicta clausu- 822
la efficit: vt illi, cuius contemplatione gratia fit, omne, & totum illud censeatur collatum, quòd vllo modo illi conferri potuit: Simon de prætis lib. 2. solu. 4. num. 34. Riminal. Iunior consil. 633. nume. 38.

QVAMOBREM † scitissi- 823
me ad propositum dixit Ruinus consi. 219. nume. 2. volum. 1. quod dux Mediolani, qui dedit Duci Ferrariæ ciuitatem Dertonæ adiecta clausula *omni meliori modo*, nihil sibi reseruauit, sed irreuocabiliter omnia

omnia iura sua trãstulit in Ducem Ferrariæ. Quia hic est melior modus donandi. Idcirco hunc effectũ
824 † operatur prædicta clausula. Præsertim (inquit Ruinus) quia in donatione dictum fuit, vt donatarius libere frueretur re donata. Quæ verba hoc important, & inferunt, quod nullus impedimentum inferre posit donatario, sed pleno iure re donata fruatur: ad glosam verbo libere. Clementina Dudum. de sepult. cum vulga.

825 EX qua ratione † quarta verè, & clare deprehenditur, Serenissimum Regem, cùm gratiam in Ioannem, & Contesinam contulerit adiecta clausula *omni meliori modo, & vt melius dici & excogitari posit ad vtilitatem eorum* gratiam translatiuam fecisse, non vero extinctiuam. Quia per translationem consequuntur eximiam vtilitatem, per extinctionem nullam. Ergo primus modus tanquam vtilior (vt omnes, & Ruinus inquiunt) seligendus est, præmaximè cum Serenissimus Rex huiusmodi gratiá fecerit: vt Ioannes Contesina, & successores potẽter, liberè & irreuocabiliter Baroniam, & oppida posiderent. Quod consequi nullo iure, & ratione potuissent: si gratia esset extinctiua, imò contrarium. Quia extincto pacto redimendi vocati in vinculis illorum virtute auferrent, tollerent, & recuperarent dicta oppida à Ioanne, Contesina, & successoribus suis, ideo imposibile esset, (si gratia esset extinctiua) quod donatarij, & successores oppida posiderent, quanto magis quòd ea posiderent liberè, potenter, & irreuocabiliter iuxta mentem Regis, & clara verba ipsius gratiæ, vt sæpenumero admonui, & aduerti.

SI vero fatemur † (prout fateri precissè oportet) gratiá esse translatiuam: donatarij, & successores superiorem effectum iuxta mentẽ, & verba consequenter. Quoniam in vim pacti redimendi translati, & cesi tanquam Regis cesionarij poterunt redimere à vocatis in vinculis prędicta oppida, & Baroniam sicut fecerunt, vt probaui in superioribus, & eam virtute pacti redemptam ipsi, & successores liberè, potenter, & irreuocabiliter perpetuò posidebunt, & illa in æternum fruentur. 826

VIGESIMO primo † ineuitabiliter gratia ista translatiua, non non extinctiua dicenda est. Quoniam à tẽpore eius cõcesionis omnes eam translatiuam esse existimarunt, & cesionem cõtinere clarisimè verbis, & factis asseruerũt. Serenisimus nempe Rex, qui eam concesit, & prædicti coniuges, & eorum successores, successores etiam Ramiri in vinculis vocati, & tandem iudices qui de huiusmodi causa cognouerunt, & iuditium in ea dixerunt, & ante eos arbitri selecti qui arbitralem sententiam super huiusmodi contentione tulerunt. 827

828 runt † autem virorum decreta certam videntur fecisse determinationem. Bal. in l. nemo. C. de senten.
829 quia vsu † inuiolabili confirmata destruere est difficillimum. Bald. consi.370.vol3. Imo est inuertere mundum Bald.262.vol.1.

PRÆSERTIM cum gratia
830 † supradicta pro translatiua, non vero pro extinctiua obseruata fuerit: & obseruantia subsequuta certissimè, & indubiè declarat, quid initio concessio gratiæ, & dispositio contineat. Præsumitur enim cōtinere initio id, quod postea vsu, & obseruatione introductum inuenitur: Bal. cōsi.245. lib.3. Aym. conf.
831 333. num.10. Quia causa † adæquata præsumitur effectui subsequuto: Bal. in l. si certis annis. C. de pactis. Ias. consi.128. num.1. vol.4. Aym. 101. in fine. Nata consil.406. Grego. Lopez in l.53. tit.6. part.1. glo.1. in fine. Molina lib.2. de primog. c. 6. nume. 52. Ludo. decis. Perus.62. num.7. pulchre Castro. c. 1. de leg. pena. pagina mihi 16. folio paruo, Menoc. consi.21. num. 9. inquiens
832 initia † ex obseruatione longa clarificari, & consi.331. nu.21. & 341. num.5. & 390. num.16. & 400. nu. 12. & ego ipse in allegationib⁹ pro Regno Aragoniæ. nu.79.

QVOD vero omnes gratiam superiorem translatiuam esse existimauerint, cessionem iuris luēdi continentem, & vt talem sine vlla cōtradictione fuisse obseruatā, cō stat manifestissime ex sequētibus.

PRIMO el Serenissimo Rey † Don Iuan, que concedio la gracia, la tuuo por translatiua, como consta por su carta Real obseruatoria de dicha gracia, y donacion hecha en onze de Setiēbre de 1458. en que confiessa claramente esto, 833
y a la declaraciō † del Serenissimo Rey, que hizo la declaracion se ha de estar, y haze drecho entre partes: Bal. & omnes in l. edita. C. de edendo. Oldrad. consi.167. Roma. consil. 298. late Gomez. in regula de non tollendo ius quæsitum. q. 13. vbi Mandoss. quæst. 6. Lancellot. de attent.2. par. c.4. limitatione.21. 834

SECVNDO Iuan, y Contēsina, † a quien se hizo la gracia, llanamente sintieron lo mismo, pues dispusieron de la Baronia libremēte: que no lo pudieron hazer teniēdo la gracia por extinctiua, sino por translatiua, haziendo como he declarado redempcion virtute iuris luēdi de si mismos de dicha Baronia, mutando sibi causam possessionis ministerio legis in vim causæ nouæ, o teniēdo los vinclos por caducados, y por esto la Baronia por libre por las razones dichas. Y 835
los successores, importa mucho † ver como entendieron vna disposicion para su declaracion: Mantica libr. 3. titul. 1. per totum. Menoch. de arbitrar. quæst.73. numero 27. Simon de Pret. lib.1. dubit.5. num.2. fol.66. 836

TER-

837 TERTIO, los succeſſores immediatos de Don Iuan, y de Conteſina que fueron Don Franciſco de Villalpando, y doña Beatriz de Funes en quien ellos diſpuſieron, y de quien deſciende el ſeñor don Garcia llanamente tuuieron, y obſeruaron eſta gracia por translatiua, y juntamente con ellos, (q̃ es mas fuerte, y de mayor conſideracion) claramente ſintieron, y confeſſaron lo miſmo con obras y palabras don Luys, don Iuan, y don Fráciſco, Muñoz los primeros llamados en el vinculo, y mayorazgo de Remiro poſt mortem Conteſinæ, Catherinæ, & Violantis ſine filiis maſculis. Porque año de 1470. hizieron concordia dichos tres hermanos con don Fráciſco, y doña Beatriz, en que confeſſaró con acto publico, que el derecho de luyr, y quitar dicha Baronia en razon de dicha gratia real tocaba a ellos, como ſucceſſores de dicho Iuan y Conteſina: y por cóſiguiente, que dicha gracia contenia ceſsió, y aſsi ſe obligaró Fráciſco, y Beatriz por dicho auto de cócordia à pagarles 217000. florines en razon de dicha luicion, y los dichos tres hermanos llamados en los vinculos de Remiro pidieron judicialmente eſte dinero de la luicion.

838 LO quarto lo miſmo † ſintieron, y confeſſaron con obras, y palabras don Iuan de Villalpádo hijo de Franciſco, y Beatriz, y Miguel Sanchez Muñoz hijo de Franciſco llamado a la ſucceſsion de la Baronia en los vinclos de Remiro, como ſe ha referido en el hecho. El qual pretendiédo, que por dichos vinclos ſuccedia en la Baronia, y pretendiendo Don Iuan viſaguelo de Don Garcia, que el drecho de redemir, y quitar por el dicho precio de la carta de gracia à Miguel, y a todos los ſucceſſores por los vinclos de Remiro le tocaba a el en razon de dicha gracia Real, como nieto, y ſucceſſor de Iuan, y Conteſina, a quien ſe hizo, comprometieron ſus differécias, y los arbitros en ſeis de Octubre de 1518. cóſiderado que Fráciſco no pago los 217000. florines a dichos tres hermanos, declararon q̃ dicha carta de gracia, y el drecho de redemir en fuerça della tocaua a dicho Don Iuan, y en conſequencia deſto, que dicha gracia era translatiua. Y aſsi le condemnaró à q̃ pagaſſe à Miguel 22100. florines precio de la carta de gragracia, y condemnaron a Miguel, a que reuendieſſe la Baronia por via de luició, y quitamiéto como lo hizo, y otorgo a poca del precio có auto publico en 7. de Octubre de 1518. Y aſsi los arbitros y los ſucceſſores de Iuan, y Conteſina, y de Remiro vinculante confeſſaron ſer dicha gracia translatiua, y no extinctiua.

QVINTO lo miſmo † declararon en la corte del Iuſticia de 839
Aragon

Aragon todos conformes en 29. de Octubre de 1548. en el pleyto. que por aprehẽsion de dicha Baronia introduxo alli Don Luys Muñoz llamado en los vinculos de Ramiro contra Don Garcia de Villalpando posseedor della. Porque en la primera sentẽtia, en que los Doctores Clauero, Falcon y Martinez votaron en fauor de dicho Don Luys contra don Garcia, llanamente cõfessaron que la gracia era translatiua, y contenia cession del pacto de reuender, pero parecioles que la luicion, y paga, que Don Iuan hauia hecho à dicho Miguel, no hauia sido legitima por las razones que se representaron supra in 2. articulo huius quintæ partis. Aunque el Doctor Bardaxi sintio al contrario, y en los diez dias de la reuista los Doctores Falcon, y Martinez, teniendo la paga, y luycion por legitima se retrataron, y votaron en fauor de dicho Don Garcia, y adherecieron al voto de Micer Bardaxi. De manera que por la missma sentencia, que tanto han estimado los llamados en los vinculos de Ramiro, y de cuya retractacion dentro de diez dias tanto se han lastimado, y querellado quedan conuencidos, de que la gracia fue translatiua, y no extinctiua.

840 Y ASSI pues es clarissimo que don Christoual no tiene drecho para pretender, que fue extinctiua, in admirationem rapior, quo spiritu & animo in contentionem deducant aduersarij rem tantorum virorum decretis iuditialiter, extraiuditialiter, per sententiã per contractus, & concordias reiteratis vicibus sæpenumero consopitam; sed proh dolor, hei † æris alieni libido quot 841 mortalium animas ad inferos pro trahis, Aymon. de antiq. 1. parte §. propositum numero 48. dicens in hac ipsa re minus excusationis habere viros doctos, qui seculi huius bona caduca esse non ignorant, & quod alius thesaurus apud superos nobis quærendus est.

IDEM Aymon. 4. parte §. materia num. 48. *heu* (inquit) † 842 *miseri litigantes qui in manus incidistis Aduocatorum qui leges in ambabus (quod aiunt) manibus circumferunt, pudet me tantæ doctorum varietatis, qua æris tantummodo consulendo, magis quam veritatis rationem habuisse visi sunt.*

ET Idem Aymon in eodem §. materia numero 8. ibi *miror* † 843 *quod hodie sic leuiter sequamur opiniones maxime consulendo, plerique enim æris cupiditate adducti sequuti sunt opiniones, quas aut malas notas habebant, & impugnassent cessante pecuniæ libidine, aut quia animi torpore, aut segnicia capti, non aliter eas degustare curæ fuit.*

IDEM Aymon. 1. parte §. viso de fama numero 42. dicens † 844 *equidem cum non breuis sit consulẽtium Sarcina, plerique animo ostentandi, vt plus sapere videantur, opiniones rectas impu-*

impugnabunt cauillosis quibusdam interpretationibus: & iure nostro hodie abutimur, plurimumq; praestitisse arbitramur, quoties clientis causam etiam per iniuriā ad victoriam pertulerimus: ita fit, vt cruciatus nobis laboremus, dum gloriae, aut alieno studemus commodo. Non tot tantaeq; Doctorum varietates in iure forent, si ad veritatē omnes respicerent, sed enim quoties casus consulentis propositus sit, illud primum omnium nonnulli quaerunt, quomodo veras, rectasq; opiniones clientis desiderio minimè commodas liceat efugere, etiam opiniones alias reprobatas, & ab omni ratione aequitateq; alienas, manibus, pedibusq; (quod aiunt) pertinaciter suscipiendo, ac tutando.

IDEM Aymon. dict. 1. parte. §. viso. de verbis enūtiatiuis. n. 54.

845 *Neque enim* † (inquit) *scientia hac nostra ex animi affectibus vti debemus, aut aeris cupiditate, aut aliquorum amicorū, aut propinquorum affectione, aut potentiorum formidine, quem vnum scopum, si firmiter nobis propositum haberemus, non totiens (arbitror) varietatis leuitatem audiremus, non citra splendoris nostri obscurationem. Quod si Doctores omnes ad vnum veritatis viam adirent, non tot tanteq; opiniones philosophiae huius moralis decus deturpatum haberent: dij faciant, vt Prophetae praeces omnes conferamus. Cor mundum crea in me Deus, & spiritū rectum innoua in visceribus meis.*

846 SED De hac re † miserè deploranda praeter Aymonium supr. idem Aymon. consil. 201. numer. 3. & consilio 293. column. penult. Curt. consilio 121. nume. 10. Zanc. repet. §. cum ita. numer. 145. eleganter Fernandus in cap. vni. de matrim. ad morgan. contract. c. 5. 2. quaest. princ. à principio. Bude. in l. fin de Senatorib. & in l. 1. de iust. & iure. Alcia. lib. 6. parergon. c. 26. & libr. 10. cap. 21. Card. Alciat. in epist. ante consil. Andreae Alciati. & Cardi. Paleot. ante tract. de notis, & spuriis, Franc isc. Turzan. in epist. ante consilia criminalia Bertazoli, & his non relatis in pluribus partibus elegātissimae suae apologiae Tiberius Decianus, & his nō relatis ex Alfano Xuarez, & Pinello, Zācus in procemio. d. §. cū ita.

SEXTO Et vltimo, vt reuertar, † vnde per longas moras 847
egressus sum, longius dolore impulsus cursum orationis pretendēdo, quam initio existimaueram, ne funem in diuersum sine mēsura trahere videar, vt inquit diuinus Hieronymus relatus à Becio consil. 15. numer. 20. in fine. Digo, que don Rodrigo Muñoz llamado en los vinclos, y don Antonio de Villalpando padre de don Garcia, y successor de dicho don Ioan, y Contesina, a mayor cautela se concordaron, y se le pagaron 22100. florines, y dicho don Rodrigo en seys de Abril de 1563. otorgo reuendicion de dicha Baronia en fauor de dicho don Antonio, confessando la carta de gracia, y el drecho de luyr. Y para cumplir con la disposicion de Remiro, quiso en sū testamēto, que siempre que la Baronia se luyesse, se cargasse el precio

en censales, en fauor de los llamados en los vinclos hechos por el. Digo, que para cumplir cō esta voluntad, dicho don Antonio cargo todos los dichos 22100. florines en fauor de dicho don Rodrigo, y de todos los llamados en los vinculos y mayorazgo de Remiro; y
848 assi bueluo a dezir † ex bona fide (quam semper ardētissimè amaui) que estoy admirado y espantado, de que aya animo para emprender este pleyto, y proseguillo contra la determinacion del Serenissimo Rey, tātos juezes arbitros y partes
849 interessadas. Raro enim † vnus cō-
850 tra multos sapit, neque sciētia † patronorū aduersæ partis tam remota à clarissima iustitia scientia appellanda est, sed potius calliditas Rustic. in tract. quando liberi. lib. 6.
851 c. 8. nume. 2. Idcirco cum rationi † minimè innitantur, sed solum clamori: aduersus eos sola declamatione opus est: Bald. in l. mandatū. C. mādati. Et speramus propterea,
852 religiosissimos, † & doctissimos iudices superstitiosas, & cauillosas rationes aduersariorum spernendo, veritatis, & iustitiæ cardinem (vt oportet) curaturos: iuxta cōsilium doctissimi Baecæ de decimis tutorum. c. 2. num. 67. Gutierrez de cōtractibus iuratis. c. 73. num. 1.

853 TANDEM Ne videar † elati, aut ignorātis animi, obiectiones ex aduerso propositas diluā: iuxta consil. Ang. 110. num. 7. Rolan. 60. num. 15. vol. 1. Mantica de coniect. lib. 8. tit. 18. nu. 21. Quāuis rationes ex aduerso propositæ, si recte, & cū iudicio expendantur, nulla solutione, aut explicatione indigeant. Tū quia exactissime dissolutæ, & euersæ fuerunt in fundamentis pro cliēte nostro constitutis: cùm quia pro prius, & verius cauilli quidam tenebras veritati, & iustitiæ clarissimæ ofundentes dici possunt, quam rationes, & argumenta. Et ne quisq;
me immodestum † iure cōsultum 854
arbitretur: iisdem terminis, & vocibus vtor, quibus vsus fuit diluendo rationes cōtrarias doctissimus, & religiosissimus Soto de iustit. & iure. lib. 4. q. 5. pag. 319. col. 1. versi. hic autem cauillus est, & Burgos de Paz in procem. legum Tau. 3. par. n. 1435. quē laudat Meno. lib. 1. presu. 80, num. 4.

ITAQVE Non obstat prima † ratio contraria, dum continet 855
gratiam Regiam fuisse extinctiuam tantum ex proprietate verborum *Absoluimus, liberamus, & quitamus,* in gratia descriptorū, & ex verbis *Remissionem, & relaxationem* in dicto primo fundamento expensis, & ex Bald. Ias. Aretino, Capicio, Tiraq. Molineo, Freccia, Caldas, Alciat. asseuerantibus verba superiora renuntiationem pacti de retrouendendo, & illius extinctionem induxisse, nō vero translationem illius: & ita coniuges, & illorum successeres non habuisse ius redimendi Castra, & extinguendi vincula, & impediendi decursum successionis llorū ad vocatos in maioratu Ramiri,

Ramiri, signanter ex appositissimo consilio Alciati 50.lib.8.& Marino Freccia supra.

856 RESPONDEO Equidē † verissime,& planissime, superiorem rationem, & graues authoritates hic relatas procedere, quotiescunq; in dispositione superioris gratiæ cōtinerentur solū verba: *Absoluimus, liberamus, & quitamus,* quæ extinctionem tantummodo iuris luendi inducerent, in his enim terminis loquuntur Freccia, Alciatus, & omnes supra relati. Contrarium asseuerandum est in proposito precise, cū pręter superiora verba extinctionem inducentia, reperiantur in gratia conscripta, verba: *Donamus, & transferimus.* Quæ ex proprietate,& significatione à iure attributa translationem, & cessionem iuris luendi inducunt: elegantissime Bart.in l.si eius.de rei vēd. & in l.1.numer.2. de vsucapio.pro empt. inquiens: quod si in transa-
857 ctione tantummodo † scriptum sit verbum: *Libero, vel renuntio,* ius ipsius liberantis, & renuntiantis nequaquam est translatum in eum, cum quo transactio facta est, quia simplex dimissio, vel renuntiatio nihil transfert: Bal.id l.1.de bon. mater. Molineus.§.22.num.67. sed tantū renuntiantem,& liberantem à suo iure depellit, Freccia supra fo.160. numer.46. Alciatus,& omnes relati in ratione contraria.

858 SECVS Autem † esse ait Bart. in dict.l. si eius, & in dict.l.1. numer. 2. si in transactione præter verbum. *Libero & renuntio,* sit scriptum verbū: *Dono, vel transfero.* Quoniam tunc ex vtriusque vocis significatione, & cessit, & transtulit ius suum transigens,& transferēdo ius proprium quoad se ipsum extinxit, & illi renuntiauit, quamuis id non expressisset, sicuti profitentur omnes in l. si profundo. C. de transactio.vbi Padilla de communi. nume.13.Molineus.dict.§. 22.nu.67. Et egrgrie melius omnibus post Bart.in l.1.§. non autem. de vi, & vi arm.Socin.in l.3.§. in amittenda.numer.12.& 13.de acquir. poss. dicens aliquando, quem extinguere † ius proprium tantummodo, ali 859
quando extinguere ius proprium, & in alium transferre. Cōducunt, quæ de consuetudine recissoria tātum,& translatoria deducit Bald. in l.si maritus.de vsufruct.& ad eū Tiraquel.de retract.lign.§.1.glo.7. numer.62.vsque 75.Moline.§.13. glo.5.num.30.Osasc.decis.pedem. 112.num.17.ibi. *A se abdicando, & in alium transferendo.*

ET Ita in grauissimis † consul- 860
tationibus reperiuntur penes grauissimos interpretes verba extinctionis, & cessionis simul iuncta. Quoniam cūm is, qui ius suum alteri cedit,& in eum transfert, ex antecedēti necessario, illud quoad † se 861
ipsum extinguat, non solū cessionē exprimit verba trāslatoria adiiciēs sed & renuntiationē,& extinctionē

iuris proprij cessioni,& translationi in antecedens necessarium hærentem verbis claris profitetur, vt omnem difficultatem subducat, & cessionem,& translationem efficaciorem,& validiorem reddat; sicuti constat ex Soc.Iun.consi.116.nu. 59.vol.7.in pluribus verbis inducẽtibus remissionem , & cessionem, Paris.consil.71.à nume.14.volu.3. in verbis. *Refutauerunt,& cesserunt omnia iura.* Et in verbis. *Remittimus, & cedimus.* Peregrinus de fideicõ. art.52.num.33.post Curt.Iun.274. num.34.Socin.Iuni.consil.116.nu. 59.vol.7. ibi. *Verba importantia renũtiationem omnium iurium , & eorundem concessionem.* Rolan.consi.34.nu.92. in 4.Menoch.lib.3. præsumpt.115. num.50.& in verbis. *Cessit,& renuntiauit.* Menoch.consil.87.nume.20. ibi in hac diuisione cessio , & iuriũ remissio,& in verbis. *Liberauit, remisit,& cessit.* Bursa.consil.347.volum.4.ibi *Instrumẽtum donationis, & renũtiationis,* & n.21.ibi. *Donationem, remissionem,& cessionem,* quæ verba sunt eadẽ cũ his quæ scripta sunt in Regia nostra gratia:Rim.Iun. cõsil. 539.num.24.& 25.ibi. *Renuntians, cedens,& mandans.* post Aym. consi. 227.numer. 14.in verbis. *Remittẽs, & cedens,* Marzar.consi.86.à princ. in verbis. *Abdicando, & transferendo* Osasc.deciss.112.num. 17. in verbis. *Renuntiauit,& cessit.* Veroi. consil.130.numer.22.volu.2. Qui omnes vnanimiter asseuerant in superioribus consultationibus,verba supradicta extinctiua, & translatiua perfectissimam,& absolutissimam cessionem, & translationem induxisse, vt copiosè deduxi supra in 4.fundam.

ISTÆ Enim inculcationes † verborum, quæ cùm graui illorũ 862
copia,& orationis dignitate dicuntur,vberiorem effectum instituũt, & aures,& animum magis feriunt, vt elegãtissimè deducit Aulus Gelius.lib.13.noct.Attica,c.23.

QVÆ Omnia in vnum scopum à me solo cõgesta facile eiusdem primæ rationis cõtrariæ vim subducunt,& subleuant:dum dicebamus † verba *Absoluimus,& liberamus,* esse relata ad loca. Quod 863
neutiquam contingere posse, aduersarij existimabant, nisi per extinctionem iuris luendi. Id enim facile subducitur, animaduertendo literam ipsius gratiæ tantummodo liberasse loca ab onere redimendi, quo erant subiecta ipsi Regi,& non simpliciter a redimendi onere.Dicta † autem liberatio, & absolutio 864
plenissimè contingit per trãslationem, & cessionem iuris luendi factam a Rege. Cùm ex huiusmodi cessione,& translatione liberentur ab onere iuris luendi regi competenti:sicut litera gratiæ expræssissimè disponit. Idq. indubiè ex antecedenti necessario,quia non potest quis† ius suum in alium transferre, 865
quin translatum ius a se abdicet. §. trãsferri.inst.de ademp.leg.qui expresse probat. l. translatio. de

adim.

ādim.lega.l.si transferā. de legat.1. l.plane.1.de leg.1.Rebu.in d.l.206.
866 Imo de essentia † cessionis,& trāslationis est, vt cedens,& transferēs abdicet, refutet, perimat, extinguat ius cessum quoad se ipsum:alioqui non cederet illud,neque trāsferret in alium:vt ex Vlpiano, Brisonio, Hothomano,Prateio,Cuiacio,Rebardo,Emanu.Castren.& aliis multis cumulatissimè probaui in 17. fundamento supra pro hac parte relato vbi Lectorem reuoco.

E T Indubium est id fieri potuisse:cùm per † nouationem con 867
sequatur quis liberationem a priore obligatione,& subiiciatur secun
868 dæ,& per delegationem† liberetur quis a priore creditore, & subiiciatur obligationi secūdi: toto titulo. de nouationibus,& toto tit. de delegationibus,& pulchrè declarādo Bar.Sarmiēto in l.qui duos de leg. 2.n.1.inquiens dum vult Bart. per cèssionem creditoris factā vni ex duob⁹ correis vnūquenq. cōsequi liberationem,intelligi a creditore cedente, non verò a cessionario: quia pro medietate poterit cessionarius exigere a correo.

869 E T Denique † potest creditor liberationem, & absolutionē concedere quoad vnos, & conseruare obligationem quoad alios.Bart.in l.modestinus. nu. 4. vbi cæteri.de solutionibus.Idē Bart.in l.ex duobus.nume.7. de duobus reis. Paul. consil.458.num.1.in 1.Afflict. decis.319.nume.3.quos citat Gioldus latè explicās in l.2.de duobus reis. num.105.Ex quo verè,& clarè deducitur potuisse Serenissimum Regem Castris,& Baroniæ absolutionem,& liberationem limitatā concedere intuitu, & contemplatione ipsiusmet Regis,& successorū suorum tantū,(prout fecit): & vt obligata permanerent illis, in quos ius luendi translatum fuit.

S E C V N D O Quāuis gratia regia †per verba inferētia extin 870
ctionem tantùm,non adiectis verbis donamus,& transferimus esset conscripta , & sic quamuis cessaret solutio superior: verissimè,clarissimè ,& neruosè respondeo , & dissoluo difficultatem contrariam declarando egregiè Frecciam, Alciatum, Caldam , in confirmationem cōtrariæ rationis relatos.Animaduertens eos,& assertionem contrariam procedere in renuntiatione simplici,ea enim solū operatur extinctionem,emoritionem,& abdicationem iuris competentis ipsi renuntianti, & hoc casu nullum ius transfert renūtiatio simplex in aliquem:contrarium verò resoluunt vnanimi cōsensu omnes interpretes in renūntiatione non simplici, sed qualificata,facta scilicet ob merita alicuius, vel contemplatione illius:quoniam tunc , quotiescunq; per viam abdicatiuam, & extinctiuā renūtiatio ius, vtilitatē, & emolumentum tribuere non potest illi, cuius contemplatione facta fuit,

operatur cessionem, & translationem iuris renuntiati, ne renuntians optato fine retribuendi, & conferẽdi vtilitatem, & ille cuius contemplatione renuntiatio facta fuit, retributione meritorum orbati maneant, ita profitentur egregiè Bald. in l.pactum.q.8.num.10.C.de collat.& ante eum Gl.Pau.& pulchrè Dec.differentiam cõstituens inter renuntiationem simplicem, & qualificatã, vt prima extinguat, secũda includat, & cedat in l.si actionẽ.C. de pactis. Paul. optimè consil.252. nu.2.volu.1.Alexand.149.num.5. vol.7.sed pulchrius omnibus Soc. consil.34.volu.4. & quamplurimi alij DD.grauissimi, quorum longã copiam retulimus supra num.791. & 792.

871 CVM Igitur † prædixerimus sæpenumero, & euidentissimũ sit, gratiam regiam contemplatione meritorum Ioãnisfactam extitisse, & illi nequaquam proficere potuisse imo impossibile esse, illi proficere, neque emolumentũ ei, & successoribus afferre per viam extinctiuam tantum, consequens est, vt prçcisse fateri oporteat ex receptissima opinione nuper relata, gratiã regiam cessionem iuris luendi produxisse, & peperisse, vt latè explicui supra in 17.fundam.

PRÆTEREA Non ob-
872 stant, † quæ aduersarij expendunt in contrariis supra propositis de verbo: *Absoluimus*, & de verbo *Liberamus* maxime relatis ad Castra, & oppida, quibus extinctionem tãtum iuris luendi induci arbitrantur: quoniam alioqui animaduertunt, Castra ab onere luendi absoluta, & liberata permanere nõ posse: si gratia lessionem iuris luendi contulisset. Respondeo enim verba: *Absoluimus, & liberamus* maximè ad loca relata præcisse cessionem iuris luendi produxisse, sicuti ineuitabiliter demonstraui, & vrgentissime confirmaui supra in.13.14. & 15.fundamẽtis huius partis. Quç precor denuo relegantur, vt penitus difficultas subleuetur, & subducatur.

TANDEM Inextricabilem † nodum circa exercitium iuris luẽ 873
di, quẽ aduersarij sine iudicio existimant induci, ex eo quod gratia trãslatiua sit, dissoluimus clarissime in 11. fundamento huius partis. Cum quibus omnia deducta in 1.ratione cõtraria perfectissimç fuerunt dissoluta.

SECVNDA Ratio contraria † à defectu potestatis Regiæ 874
deducta facile dissoluitur, dũ enim aiunt Serenissimum Regẽ per verbum: *Absoluimus, liberamus, & quitamus* extinxisse ius redimendi, & eo extincto non potuisse amplius reuiuiscere, & ex consequenti non potuisse illud transferre in coniuges, & successores ex consil. Zasij. 12. num.76.egregie fallũtur: procedit enim argumentum quotiescunq; abso-

absolutè,& pure, quis extingueret actionem, & obligationem, & ex interuallo eam semel extinctam, tanquam viuentem velit in alium trásferre:ita enim loquitur Zasius supra in pacto reuendendi absolute per præscriptionem semel extincto.

SECVS Autem est si in vna
875 † & eadem scriptura in continenti (sicut fecit Serenissimus Rex in proposito) extingueret pactum redimẽdi quoad se,& illud in alium transferret. Quoniam dispositio tráslatiua iuris proprij in aliũ, in necessarium antecedens extinguit ius propriũ quoad cedentem,& transferentẽ,qui transferẽdo, & cedẽdo ius proprium extinguit, & vt probaui vere,& vrgẽter supra, id agit, quod tacite inhærebat,& quod agere ex necessitate oportebat, & sic bene & apte agit.

QVAMOBREM Renũ
876 tiare † ius proprium,illud remittere,& relaxare,& simul illud in aliũ transferre fieri posse docent apertissime Bart.in l.si eius.de rei vendic.& in l.1.num.2.de vsucap.pro empt.& in l. modestinus. nu. 4.de solutio.& in l. si profundo. C. de transactio.vbi Padilla de communi.num.13.Moline.§.22.nume.67. Molin.de primog.lib.1.c.10. n.27. pulchre Soc.in l.3.§. in amittenda. n.12.de acq.possess.dicens aliá esse dispositionẽ extinctiuam iuris proprij,aliam extinctiuam, & translatiuam iuris proprij in alium.

ET Præterea animaduerti † gra 877
uissimos interpretes in grauissimis consultationibus retulisse casus, in quibus verba extinctionis,& cessionis,simul iuncta reperiũtur tanquá compatibilia,& cessionem operantur Osasc.decis.pedem.112. nu.17. ibi abdicando,& alium transferendo.Paris.consil.71.num.14. vol.3. ibi refutauerunt,& cesserunt. Peregrinus de fideicom.art.52.num.33. Menoch.consil.87.nu.20.ibi cessit & renuntiauit. Bursa.347.num.4. post Aym.227.num.14. ibi liberauit,cessit,& remisit,Marzarius cõsil.86.à princip.ibi remittens,& cedẽs:& deniq; Marzarius, & Veroi. & relati in solutione ad primam rationẽ contrariam, & textus aperti citati in 4.fundamẽto pro hac parte confecto, & in prima solutione supra tradita ad primá rationem contrariam num. 856.

SECVNDO Respondeo indifficilẽ † esse obicem hũc: cũ ine- 878
uitabiliter probauerim verba renũtiationem,remissionẽ, & relaxationẽ inferentia cessionẽ, & tráslationẽ iuris luendi produxisse,& cõtulisse Ioáni de Villalpãdo,& successoribus suis,sicut cõstat ex copiose deductis in 17.fundamento huius partis,& in secunda resolutione supra tradita numer. 858. Quamobrem cũ probauerim verba *Absoluimus,liberamus, remittimus, relaxamus,* non operari extinctionẽ tantum iuris luẽdi, sed cessionẽ illius inepte de priuatione ad habitum ratio cõtraria proponitur.

MINVS

879 MINVS Obstat, quod secũdo ex defectu † potestatis adducebatur gratiam nempe Regiam fuisse extinctiuam, non translatiuam, quia cum Contesina possideret Castra, cessio eius fauore, & mariti facta extinctionem, & liberationem produxit, non translationem: quia in vno & eodem subiecto actioně, & passionem concurrere posse aduersarij inficiantur, ex Ruino, Peregrino, & Freccia ibi relatis.

RESPONDEO Verissime, superiorem rationem procedere respectu actionis personalis, quæ si cedatur debitori per creditorem, liberationě producit: quia vna & eadem persona non potest sibi ipsi esse obligata: & ita loquuntur Salicet. Alexand. Ruin. Peregrinus, & Freccia pro contraria parte adducti. Et propterea Freccia existimauit, pactum de retrouendendo † personalem tantum actionem producere, licet falso: quia communior opinio est contra eum, vt infinitos referendo animaduerti in principio huius quintæ partis versiculo. Contrariam vero opinionem num. 417. vbi etiã admonui hanc communiorem in regno inuiolabili vsu fuisse receptam, & pro sua opinione inaduertenter, & falso citat Freccia Paul. in l. si cum venderet. de pignorat. act. cum contrarium aperte Paulus profiteatur, quem magis communis opinio sequitur, vt dixi in prædicto versiculo.

SECVS Autem est † in actionibus realibus, quoniam licet actio realis debitori cedatur, nó operatur extinctionem, & confusionem, sed viua. & illesa perseuerat. Bal. in l. si vxor. in princip. C. de bon. author. iud. possid. Alex. Dec. num. 7. Curt. n. 3. in l. debitori. C. de pactis, reddětes rationě, & demõstrantes vtilitatem, Neuis. cõsi. 63. num. 14. Gratus. cõsi. 67. n. 2. Quia respectu dictæ actionis realis non subest dicta incompatibilitas, cum res ipsa tãquam diuersum quid ab ipsa persona recte possit ipsi personæ esse obligata: quãuis exercitium actionis iudicialis suspěsum sit, quandiu res ipsa possidetur ab ipsa eadem persona. 881

SECVNDO Respõdetur cõtrarium non posse procedere, quotiescunq. † ille cui actio, & ius ceditur haberet dominiũ reuocabiliter, & non irreuocabiliter, vt in proposito habebat Contesina, cùm haberet Castra vinculis subiecta post mortě suã sine filiis. Hoc enim casu non inducitur ex cessione extinctio, neq; cõfusio, nisi quatenus durat dominium Castrorum in Contesina: ne eueniente casu restitutionis iuxta vincula Castris, & iure cesso orbata maneret. 882

EST Enim iustissimũ, † vt effectus proportionetur suę causæ, non solũ respectu durationis ex post facto, sed respectu virtutis inexistětis à principio ipsi causæ efficienti, secundũ quã effectus perficitur, & calificatur à principio. Hanc resolutio- 883

tionem mirabilem dicit Pau. in l. ita tamen. §. si ex Trebelliano ad Trebellian.num.2.vbi Alex.idem Paul.consi.19.vol.2.pulchre Curt. in d.l.debitori numero.3.vbi Soc. num.9.& Dec. numer.4. Roman. consilio 276. Curt. Iun.54.nu.12. Aymon.300.num.7.Nata 323. Pinel.in l.1.de bon.mat.3.p.num.81. & in iure retractus in quo versamur, Tiraquel.de retract. lign. §.1. glos. 7. numero 62. cum sequent. & de retract.conuentio.§.2.glo.1. num.10.Moline.§.13.glo.5.nume. 30. & 38.

TERTIO & vltimo respon-
884 deo † quo ad actionem etiam personalem, quod fortius est, concursum actionis, & pasionis in eodé subiecto, veluti quando creditor cedit debitori, operari confusioné quo ad actioné. Quia est imposibile excercere qué actioné contra se ipsum vt dixi. Quo ad retentioné vero non operatur confusioné Pau.in l.ita tamen.§. si ex Trebelliano ad Trebell. Ang. consil. 94. in fine. Decius. numero. 4. Alcia. de communi numero. 23. in dicta l. debitori & ibiomnes, Doctissime Hier.Gabriel cons.122.num. fin. cui addo pro ratione: quod in retentione cessat imposibilitas su pradicta, & subsistit maxima vtilitas, quia reus cui facta est cesio potest se defendere, & tueri ex diuersis & cótrariis iuribus Dec. in reg. nemo. ff.de reg.iu.Soc. in l. nemo de except. Afflict. decis.134. Gabr. conclu.1. titulo de except. Ideo in Cótesina & successoribus non fuit extinctum quo ad retétionem ius redimendi, etiam quo ad actionem personalem; sed possunt se tueri, & defendere cum illo aduersus actores.

QVÆ omnia † indubiè pro- 885
cedunt in Regno vbi cófusionem actionum non nouimus propterea quod ipso foro siue ipsa lege sucessio cum beneficio inuentarij defertur. Quos casu actionum cófusioni locus non est l.fin.§. in cóputatione. C. de iure delib. DD. in d. l. debitori Dueñas regul. 18. Greg.Lopez in l.8.ti.6.p.6.ver. le finca. Rebu.i.th.ad leges Gallicas tit, de sentent. prouis.art.3. G.3.in fine.Beroi.q.63.post Ias.consi. 28. col.1.vol.3.

Tertia & vltima ratio † minus 886
certe obstat, est enim cauillosissima, & falsissima. Et vt eius triame dia declaré, & dissoluá, respondeo non obstare primú mediú, dú continet rem recuperatam in vim pacti de retrouendédo esse eiusdem naturæ, cui9 erat ante recuperationem factam virtute pacti ex Bart. Curtio, Decio, Portoles, Tiraq. Frecc.& aliis ibi relatis, ex quo deducunt aduersarij, quod sicut ante recuperationem factam vitute pacti de reuendendo posidebat Cótesina castra subiecta vinculis, ita & post: inferentes ibidem ex hoc, p actum reuendendi, etiam si ces-

ſum,& translatũm eſſet, ſubiacere iiſdem vinculis,quibus ſubiecta erat Baronia.

RESPONDEO enim fallaciam † argumenti eſſe euidentem. Quoniam Doctores omnes in cõtrarium allegati,non aiunt,rem recuperatam virtute pacti reuendendi manere eiuſdem naturæ, cuius erat ante recuperationem & redemptionem, ſed manere eiuſdem naturæ cuius erat ante venditionem, & conceſſionem prædicti pacti de reuendendo. Quoniam ex principiis atractiuis directi dominij, quæ remanſerunt penes venditorem propter pactum de redimendo ſibi reſeruatum, res recuperata reintegratur, reunitur ſuæ priſtinæ cauſæ, & reſtituitur in eum ſtatum,in quo erat ante venditionem, & conceſsionem prædicti pacti, & propterea obligationes,hypothecæ,& vincula medio tempore poſt conceſsionem dicti pacti ab emptore facta reſoluuntur,& anihilantur ſequuta redemptione, & bona redeunt libera ad redimentem:l.lex vectigali de pignor.Bar.in l. in diem de acq.plu.arc.Dec.conſ.88.nume.3. & infiniti relati à Tiraq.de retrac. lign.§.19.glo.1.Moline. §. 1.glo.1. nume.26.& 27.& §.13.glo.5.num. 26.& §.30.num.171.& §.41.num. 21. & §.55.num. 47.& 188. Frecc. de ſubfeud.fol.307.§.hic quęro & denique omnes relati licet malè pro contraria parte, qui id aperte aſſeuerant.

837

EX quibus aperte deducitur, † quod argumenti vis retunditur in aduerſarios fortiſsimè, quoniá cum reſolutio omnium(nemine dempto)ſit,quod caſtra virtute pacti de retrouendendo redierunt ad ſucceſſores regis,in quos pactũ tráslatum fuit,libera vinculis omnibus extinctis, ſicuti erant penes Regem ante conceſsionem vendĩtionis, & pacti. Inde planè deducitur,pactum reuendendi non ſolum nõ fuiſſe ſubiectum vinculis Remiri, imò illud Remiri vincula penitus extinxiſſe, vt ſæpenumero in ſuperioribus admonui,& vrgenter confirmaui. 838

SECVNDVM medium † ſophiſticè etiam, & calumnioſè deductum,clariſsimè diluitur : animaduertendo Doctores pro contraria parte adductos,loqui quando ius redimendi, quod exercent hæredes ad rem recuperandá pertinebat actiuè ad defunctum,quoniam cum defunctus maioratu,& vincula conſtituerit iiſdem vinculis,quibus ſubiecit omnia bona, iura,& actiones ſuas;ſubiecit ius actiuum redimendi,quod in hæreditate,& bonis vinculatis conſiſtebat.Idcirco ſicut ius redimendi actiuum peruenit in hæredem vinculis ſubiectum, ita & res virtute pacti redẽpti,& ita loquuntur Decius, Tiraquell.Tib.Decia.Marcabrun.Bertran.& denique Bologn. d.conſilio 17.quem aduerſarij ſine iuditio extollunt. 839

NOS vero loquimur in caſu

penitus

891 oppoſito,† quando ſcilicet defun-
ctus(Vicecancellarius nempe, & Remirus, qui vincula conſtitue-runt,) non habebat ius redimendi actiuum,ſed paſsiuum. Quo caſu ſi tertius veluti in propoſito Sereniſsimus Rex habens ius redimendi actiuum liberum, illud ceſſerit (prout ceſsit)Conteſinæ:Conteſina conſequuta fuit ius redimendi liberum,nõ ſuppoſitum vinculis: & eius præſidio euincendo à ſe ipſa(vt in ſuperioribus deduxi) conſequitur & incipit poſsidere bona & caſtra libera extinctis vinculis Remiri.

892 E T ita in terminis † elegantiſsimè deducit Ruin.conſil. 7.volu.1. vbi ſi habenti vtile vinculatũ dominus directus ceſſerit dominiũ directum,illud dominium directũ ſuperueniens ex illa ceſsione, non ſubiacet vinculis, quibus ſubiacebat dominiũ vtile, ſed pertinet ad hæredes ipſius poſsidentis:imo illa ceſsio dominij directi, (vt clare præſenſit Ruinus) extinxiſſet perpetuo vincula dominij vtilis,ſi daremus facultatem illa extinguendi in domino directo cedente, ſicut in propoſito certum eſt, habuiſſe Sereniſsimum Regem facultatem extinguendi vincula per redemptionem. Et cõſilium hoc elegantiſsimum Ruini laudat, & ſequitur Marzarius in epith.de fideicom.quæſt.9. & Marzarium ſequitur Peregrinus articulo 10. nume. & denique in terminis in quibus verſamur,quod Conteſina virtute pacti redimendi actiue ſibi ceſsi habeat caſtra libera, docet Molina. lib.1.c.10.numero 27.

V L T I M A tandem difficul- 893
tas † me magis in admirationem rapit cæteris omnibus propoſitis. Quoniam & à vero iuris tramite, & à bona fide iuriſconſultis omnibus commendatiſsima ſummè deuiat & calumniæ pleniſsima eſt. Continet enim,ius redimendi ceſſum iudicandum eſſe maioratus augmentum, & illius vinculis ſubiacere:propterea quod augmentũ regulis ſubiaceat,quibus principale ſubiectum inuenitur.

S E D bone Deus † quorſum ad- 894
uerſarij pactum de rettouendendo augmentum maioratus dicũt, vt vinculis maioratus, tanquam acceſsionẽ illius illud ſubiiciant. Non enim intuentur,neque conſiderant vocem *augmentum*, in categoria relationis eſſe ſuppoſitam, & nequaquam poſſe conſiſtere, niſi principale conſiſtat, cuius contemplatione augmentum dicitur, & ad quod relationẽ augmentum habet,vt paſsim omnes de augmẽto loquentes profitentur: Albert. Brun.& præter antiquiores Carolus Molineus Iul.Clar.Couar.Albar. Valaſ. Tiraq. Molina. Cuiac. Othomanus & relati a Garſia de expenſis c.22. nu. 1. & de coniug. acquæſtu per totum Peregr. dicto articulo 10.

895 Ex quo euidentissimè deducitur ineptissimè nomine, & voce augmenti aduersarios ius retractus, de quo agimus incripsisse, cùm prædi xerimus, ius retractus cessum à Serenissimo Rege Contesinæ execu tioni per eam, vel successores posi tum, maioratum Remiri penitus extinxisse l.3.§.sed & Marcellus de in diē adiect.l.lex vectigali de pignor.Bar.in l.fin.de publicanis, & in l.in diem de acq.plu.arcen.Gui do Papæ decis.575.Cur. de feudis 4.p.c.14.Bertran.consili. 3. vol.3. Dec.consi.88.numero.3.& infiniti quos refert Tiraq.de retract. lign. §.19.glo.1.per totam, Molineus.§. 1.glo.1.num.26.& §.13. glo. 5. nu. 26.& §.30.num.171.& §.41.num. 21.& §.55.nume.47.& 188.Frecc. de subfeudis fol.307.versiculo hic ergo.Constat igitur euidentissime non posse dici augmentum maioratus ius retractus: cum maioratū destruat, aut penitus extinguat.

SECVNDO verissimè, &
896 † clarissime respondeo.Quod etsi dubitatio affirmatiua in materia incrementorum grauis sit, longissima, plures casus continens, quoniam incrementa alia sunt iuris, alia naturæ nullo facto hominis intercedente contingentia, alia vero originē ab hominis industria, & facto ducētia, alia separabilia à principali, & per se sine illo subsistētia, alia vero inseparabilia. De quibus omnibus incrementis latissimè agunt, & disputant interpretes omnes relati declarantes, quando, & quibus casibus incrementum ita accedat principali, vt eius naturā sequatur.

VERVNTAMEN in con-
clusione † negatiua rei, de qua agi 897
mus aptissima, nulla cōtrouersia est, quoniam omnes (nemine dempto) asseuerant, incrementa dominij directi, vel vtilis, vel alterius cuiuscunque iuris ex industria, & facto alicuius contingentia nunquam accedere fideicommisso, & maioratui; sed illa acquirenti, & successoribus suis libera, & exempta à vinculis, & fideicōmisso deferri per l.3.ad leg.falcid. vbi Bar. & per l. si hæres pecunia vbi Bart. ad Trebel.l.in fideicommissariam §.1.ff.eod.Corn.consi. 180. nu. 9. vol.4. post Doctores in c.1.§.è cō trario de inuestit.de re alie. fac. & in l. qui fundum §. 1. de vsucap. Ruin.consil.97.nu.13.vol.3.Aym. cons.295. nu. 7. Pal.Rube.in rub. de donatio.§.62.nume.16.Tiraq. de retract.lign.§.32.glos.vni num. 77.Moline.in consuet.§.1.gloss.5. nu.20.& pulchre §. 1. glo.1. num. 48.& §.13.glo.1.num. 69. Peregr. de fideicom. dicens se ita consuluisse artic.10.num.6.Mol. de primogen.Hispa.lib.1.c.26.num. 14. Balascus de iure emphi. q. 16. & receptissimum asseuerat Garcia de expens.c.22.a princ. & de coniug. acquæst.num.190.cum seq.

SVPERIOR autem resolu-
tio † egregie confirmatur, quoniā 898
res

res nouiter acquisita alteri accres-
cere non potest contra volunta-
tem, & factum eius, qui incremen
tum fieri procurauit. In hoc enim
899 † incrementi genere ex facto, & in
dustria hominis proueniente ac-
quirentis voluntas perpetuo spe-
ctanda est, vt omnes profitentur,
refert plures Garsia d. c. 22. num.
1. versic. illud vero obseruatum ab
omnibus. Idcirco incrementa con
tra voluntatem facientis ea nun-
quam maioratui accrescunt. Moli
na. Peregr. & omnes supra relati,
& præter eos satis in terminis no-
stris in dominio nempe directo ac
cedente, & accrescente ei qui ha-
bebat dominiũ vtile vinculis sup-
positum, quod non accedat, neq.
accrescat suppositum vinculis, sed
liberum per omnia, acutissime &
copiose probat, & confirmat Rui-
nus supra iam expensus & declara
tus consil. 7. numer. 1. vol. 3. per to
tum & signanter num. 14. quem se
quitur Marzar. in d. epitho. de fi-
deicom. q. 9. & Marzarium sequi-
tur Peregrinus d. articulo 10. nu. 1.
ET ex eadem ratione intulerũt,
& decreuerunt interpretes, incre-
900 menta † facta à possessore maiora
tus contra eius voluntatem maio-
ratui non accrescere Tib. Decia.
consi. 29. num. 16. vol. 2. Mencha-
ca de success. crea. §. 5. nu. 13. Mo-
lina. d. lib. 1. c. 26. nume. 13. Peregr.
Garsia, & omnes supra relati. Quã
vero alienum, & contrarium fue
rit menti, & voluntati Serenissimi
Regis cedentis ius redimendi, &
Ioannis, & Contesinæ coniugum
illud acquirentium: vt prædictum
ius accresceret, & subiaceret vin-
culis, & maioratui Ramiri, luce cla
rius ostendunt rationes omnes a
me in superioribus expensæ, & es-
sentia ipsius pacti de retrouenden
do extinguentis prorsus vincula,
& maioratum, non vero conser-
uantis illum, & accessionem, & in
crementum ei adferentis.

QVÆ omnia ad ferendum iu-
ditium pro Illustri admodum, &
nobilissimo Don Garsia de Villal
pando, nos vehementissime impu
lerunt, arbitrantes iustitiam indu-
biam in huiusmodi causa fouere.
Cum quibus finem facimus, sat e-
nim prata biberũt. Idcirco ampli⁹
in huius instituti campum minimè
propagabimur.

EGRA, & aduersa valetudine afflictus, & eneruatus (Nobilißime Garsias) ab scribendo in huiusmodi causa grauißima deterrebar: mens tamen mea animi Princeps, cui tota hominis natura paret, superioribus incommodis, & langoribus, & amplitudine consulentium minime retardata, sed in imagines vtilitatis, & honoris tui semper infixa, quo magis ingrauescebat infirmitas, aßiduißimè agitandis, & exquirendis ra-

tionibus, quibus iustitiam tuam iuuaremus cum oblectatione solertia alebatur, & delectatione vidēdi, & audiendi quidquid eßet vtilitatem allaturum causæ tuæ ducebatur. Tandem vidi cogitationes meas manu aliena scriptas, non sine vehementi animi mœrore, considerans in mente languoribus, & infirmitatibus opressa, & perturbata, sicut in corpore prestantiã, & sanitatem eße nõ posse, imo plerumq; deesse ingenium hominis decus, & eloquentiam ingenij lumen. Verebar autem ne ingenij luminibus ad inueniendum destitutus, vbertateq; memoriæ orbatus, sine qua eloquentiæ vis exerceri non potest, aliquid in lucem edere poßem, quod & splendorem nostrum, & existimationem, quæ plusquam par erat, plurimorum ora peruaserat, non offenderet, deleret, deturparet. Huius periculi declinãdi causa, quamuis responsum hoc, neq; ingenio perfectum, neq; perpolitũ industria euulgari, authoritas, & existimatio nostra vehementer repugnaret: verũ amor sollicitus, anxius, & incredibilis in te meus (in quo neminem parem rerum tuarum secũdarum vnquã habuisti & quem conatum amititiæ faciundæ stoici definiunt) amor (inquam) in te meus, & illius magnitudo, vicit adeo difficultates omnes, vt omnem curam conseruandi existimationem meam abiecisse, & in tui solius, & iustitiæ quam sobes tuendæ vtilitatem, cogitationem mei oblitus transfudiße viderer. Permißi itaque, vt prælo mandaretur. Si igitur cum periculo honoris mei litè instituta, & pace per eam depresa, tè recipi; considera in pace, tranquillitate, & gloria victoriæ, quam te certißemè consequuturum spero, quid ab homine omnium tibi amicißimo poteris spectare pro tui nominis amplitudine, honoris ornamento, & publicarum, & priuatarum rerum vtilitate.

Petrus Lodoicus Martinez. I. V. D.

ROGATVS de subscriptione vidi, & relegi consiliũ hoc excellẽtissimi I.C. subtilitatumq́; & eruditionis omnis alumni Petri Lodoici Martinez: & in eo præter ingenij incredibilem vim, ad inueniendum, & admirabilẽ ad dicendũ claritatẽ dexteritatẽ, & facundiã, & variã ad ornãdũ lectionẽ, & ad cõfirmãdũ selectissimorũ interpretũ allegationũ copiã, quibus vberrimũ hoc responsum refertũ est, vidi luce clarius, iustitiã nobilissimi Dõ Garsiæ de Funes & de Villalpando demonstratam, confirmatã, & numeris omnibus absolutam omnibus in vniuersum prestitisse. Enimuero primum fundamentum in prima parte pertractatum maxima ex parte ex l. si mater §. 1. de vulga. desumptum, tutissimum semper arbitratus sum. Quoniam cùm per copulatiuam omnium substitutionum gradus compacti, & cathenati à Ramiro de Funes fuerint: certissimum est, omnes expirasse primo gradu substitutionum deficiente, vel ex conditionum defectu illi adscriptarum, vel ex natura verborum restrictiuorum, quæ non permittunt de vno casu ad alium substitutionem protendi: vt grauissimè, & eruditissimè author confirmat. Cui ego accedo; quoniam hanc sententiam magis communem contra Cassadcrum, & MarZarium dixit doctissimus Menoch. consil. 293. Idq́; in Regno Aragoniæ indubium est adeo, vt sine opinionis, & existimationis iactura arbitrer, neminem ex probis Iurisconsultis contradicere posse, propter foros præcipientes cartæ standum esse, & ea quæ ad illorum explicationem diffusè in prima parte tradita sunt. Secundum verò fundamentum ad euersionem vinculorum dessumptum ex consil. Oldradi 177. acutissimum semper iudicaui, fæliciter ab Authore inuentum, sed fælicissimè prosequutum, & absolutum. Cui ipse non solum assentior, sed cum illo pro illius confirmatione asseuero magis communem sententiam esse cum Oldrado, vt præter multos relatos n. 26 profitetur doctissimus Sfortia Oddus. consil. 67. num. 35. Et vt verum fatear, hoc

secundum fundamentum admirabili ingenij acumine, & varia eruditione cæteris præstat, & neminem interpretum vidi, qui materiam caducitatum, & alia pleraq; in hac secunda parte pertractata acutius, & dilucidius ad intima penetret, explicet, & resoluat. Tandem tertium fundamentum vincula dissoluens ex consilio Oldradi. 21. dessumptum receptissimum est, adeoq; securũ, vt cum Iasone consil. 66. vol. 3. verè asserere possimus illud nulla confirmatione egere: cum tot sint legum, & glosarum authoritates: vt membranas denigrare videatur, qui tempus, & laborem in Oldradi confirmationem consumpserit. Sed non frustra illud consumet, qui authoris tertiam hanc partem diligenter perlegerit, & in ea viderit non solum copiosissimè Oldradi consilium confirmatum, sed acerrimè cum receptiori interpratum sententia dissolutas, & subductas omnes coniecturas, ex quibus interpretes aliqui ab eo sine iudicio recesserunt. Pro quarum euersione cum communi authoris sententia expendo Beretam consi. 63. & noue Peregrinum de fideicom. arti. 29. Sed quod mirandum magis est & securissime sequendum (etiamsi vincula subsisterent) tanta ingenij luce, tam vrgentissimis, & varijs fundamentis post explicatam essentiam, & vim pacti de retrouendendo docuit, Serenissimum Regem Ioannem non extincxisse, & peremisse, sed cessisse, & trãstulisse ius redimendi in Ioannem de Villalpando, & Contesinam de Funes, & successores suos, & non semel, sed pluribus vicibus illos perfectissimè Baroniam, Castra, & oppida redemisse, & retraxisse vinculis omnibus penitus dissolutis, & extinctis: vt arbitrer neminem in contentionem deducere posse, quin ex hoc solo capite, & fundamento Baronia, & Castra super quibus sine actione, & iure Don Christophorus Muñoz litem instituit, absolute ad nobilissimum Don Garsiam de Funes & de Villalpando, & successores suos in totalitate libertatis pertineant, & ita credimus, & speramus, grauissimum Senatum pro sua religione, pietate, & insigui eruditione iudicaturum. Quare libenter me subscripsi.

Gaspar Arias de Reinoso I. V. D. Officialis, & Iudex ordinarius Archiepiscopatus Cæsaraugustañ.

INDEX ALPHABETICVS eorum omnium, quæ in tota hac allegatione continetur.

A.

§ *Actus*

Augmen-

INDEX.

Circuitus

Condi-

INDEX.

E.

F.

G.

Genesis

H

I

Ioannes

Etiam

QVAE-

Q

R

Singula

Quod

INDEX.

Substitu-

T.

V.

Verba

Vulgaris

FINIS.